




1562










157



CLAVDII GALENI DE LOCORVM AFFECTORVM NOTITIA LIBRI SEX,

Gulielmo Copo Basiliensi interprete,

Singulari diligentia recogniti, breuiq; atque eadem dilucida expositione marginali non vulgariter illustrati.



LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium,
Sub scuto Veneto.
1562.

AD CHRISTIANISSI-MVM FRANCORVM REgem Lodoicum XII. Gulielmi Copi Basileiensis in librum Galeni de Affectorum locorum notione, Præfatio.

*



Onsideranti mihi, Christianissime Rex, varia mortalium studia, quibus optimũ finem, summúmque bonum assequi pro viribus quisque nititur: rectissimè hortari videtur Satyricus, id præcipuè & solum optandum esse, vt sit mens sana in corpore sano. Verùm tanta est proh dolor hodie hominum peruersitas, vt neglecto animo posthabitáque corporis salute, omne studium ad diuitias conuertant, eóque deuentum sit, vt quo quisque maiorem pecuniarum cumulum ostentare potest, eo videatur maiore honore dignus: cum interim viri & morũ probitate, & bonis literis præditi, quòd diuitijs non affluant, non solum debito priuentur honore, verùm etiam pro stultis reputentur. Id nimirum causæ esse videtur, cur tam pauci nostra tempestate rectè philosophentur. Cum primum enim

tres, quatuórve literulas scioli quidam delibera-
uerint, non veritatem inquirere, sed diuites illos
adulando captare studet, quo aliquid ab ipsis pe
cuniarum detrahere, & instar illorum, primas
sedes in conuenticulis occupare possint. Sanè sunt
nonnulli, qui vix delibatis sacrarum literarum
primis rudimentis, protinus ad aucupanda (vt
aiunt) beneficia nihil reliqui faciunt. Alij per-
lectis tribus quatuórve Bartoli argumentis, nun
quam inspecto Pandectarum, Codicísve cortice
ad agendas causas properant, nō vt tueantur pu
pillum, sed vt pecunias, quibus plurimas sibi la-
tifundia cōparent, ab eo astutè extorqueant. Sic
etiam inueniuntur non pauci (vt interim pro-
fessionis meæ nō obliuiscar) qui cū primū aut pti-
sanam nominare, aut vino ægris interdicere, aut
clysterem iniicere nouerunt, protinus medicam
artem professi, populatim miseris mortalibus gra
ui cum periculo imponere non erubescunt, ac po-
tentes illos adulationibus captare aggrediuntur,
neglectis spretisq; doctissimorū medicorū Hippo
cratis Galeniq; monumentis. Quippe nemo iam
indè [illegible] tam longo æuo inuentus est adeò verita
tis studiosus, vt illorum libros ex Græca lingua
in Latinam vertere curauerit. Quanquam in-
ueniuntur aliqui, qui Galeni opera vt Latina
circunferant, credántque sese ei tanquam à secre
tis esse, atque iactent, nullum sese Galeni locum
non intelligere. Ego verò haudquaquam credi-
derim

derim Galeni mentem ex illis libris à quoquam deprehendi posse, quos ne ipse quidem autor, si viueret, esset intellecturus, adeò deprauata est illorum librorũ series, vt ex mille versibus vix vnus Galeni mentem referre videatur. Quod nonnulli intelligentes, reiectis Galeni libris, Auicennam potius imitari voluerunt, quòd scilicet cõcinno (vt aiunt) ordine, vastum illum Canonem suum texuerit. Qui si diligenter multa quæ de curandi ratione conscripsit capita, adamussim examinassent, non ordinem & lucem, sed tenebras potius & confusum chaos offendisse se faterẽtur. Contrà verò si Galeni tres doctrinas, ordine contentas, olfecissent, summo tum ordine tum artificio ipsum commentarios suos scripsisse haudquaquam negarent. Equidẽ fateri audeo, multò plus solidæ doctrinæ, biennio ex Galeni lectione discipulum reportaturum, quàm si decem perpetuis annis Auicennæ Canonem reuoluat. Id verò facilè videre est, vel in eo libro quem de locorũ affectorum notione conscripsit. Quem si quis diligenter sæpenumeróq; perlegerit, omnes internorum morborum notas, & multò facilius deprehendet, & tenaciori memoria seruabit, quàm si aßiduè inexhaustam illam signorũ Auicennæ congeriem legendo repetat. Hũc ergo Galeni librũ, ne nihil agerẽ, cùm in strenua ista tua contra Anglos expeditione, vnà cũ doctißimis Medicis tuis castra tua sequerer, ex Græco Latinũ feci, spe-

rans hoc opus non solùm medicis, sed vniuersis quoque mortalibus profuturum. Nam latentes morbos quàm facillimè dignoscere docet, sine qua notitia nullum affectum rectè curari posse apud omnes medicos in confesso est. Cæterùm qui maximum medicum, maximi quoque principis nomine illustratum, in publicum prodire decebat, tu mihi Rex inuictißime hoc ipso nomine pulcherrimè succurristi, cui opus hoc dedicarem. Quippe qui iustitiæ administratione Traianum, victoriarum numero Alexandrum Macedonem, clementia Iulium Cæsarem facilè superas, & quod ad religionem pertinet, sanctißimi regis Lodoici vestigia intentis neruis imitari conaris. Suscipe igitur Christianißime Rex benigno vultu, has nostras, quas in medio armorum strepitu exarauimus lucubrationes. Sic enim ad reliqua Galeni volumina interpretanda animum mihi eriges, & vniuersum mortale genus hoc nō mediocri beneficio perpetuis amoris vinculis tibi obligabis. Vale Christianißime Rex, ex Parisiorum Lutetia, Anno millesimo quingentesimo decimotertio.

INDEX COPIOSISSIMVS

*eorum omnium quæ in Libris de Locis affe-
ctis continentur: cuius prior nume
rus, paginam: posterior
lineam indicat.*

*

Ante

Canis

Cui

lorem

Haud

sculi

Mel

Mity

Morb

Partium

Renes

R uptæ

Splenis

Vrin

FINIS.

CL. GALENI

DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA,

LIBER PRIMVS.

Gulielmo Copo Basiliensi interprete.

Designat in genere notarum sedes, è quibus affectum locum intelligas, ídq; particularibus exẽplis latius explicat. Ac ferè sedes sunt in essentia, proprietate, in contentis, in actione propria adnatis, & accidentibus variis, quorum natura exactè distinguẽda, quemadmodum affectus primarij & secundarij, proprij & è consensu, leuiter inhærentes & firmius impreßi.



Loci, corporũ particulæ.

NON solùm recẽtiores Medici, sed veterum quoq; non pauci, corporis particulas, locos nominare consueuerunt: ac quàm diligentissimè affectus ipsis euenire solitos, dignoscere studuerunt: propterea quod pro locorũ differẽtia, curationẽ quoq; variari cõtingit. Sed quàm vtilis ad curationẽ sit huiusmodi notitia, in eo libro, quẽ de curãdi via & ratione cõscripsimꝰ, videre est. Nũc verò, quomodo affectæ particulę possint

diſcerni, explicare dũtaxat propoſuimus. Igitur partes in ſuperficie conſtitutæ, vnà cum affectuum † ſpecie facilè ſenſibus deprehenduntur. Quæ verò in imo corpore latent, exercitatum ratione virum deſiderant, cùm in partium & actionibus & vtilitatibus, tum vel maximè in præcedentibus eas corporum diſſectionibus. Quippe hæ nos docuerunt, cum alia permulta, tũ cuiuſlibet partis eſſentiæ proprietatem. Corpus igitur quoddam cartilagineum eſt, ſecundum aſperas pulmonis arterias (quod bronchion appellant) cuius proprietatem hi duntaxat qui ipſum viderũt, cognoſcere poſſunt. Id ſi aliquando tuſſiendo expuatur, maximum vlcus, vel ab eroſione, vel putredine in pulmone eſſe exiſtimamus. Eſt enim & per totum collum inter pharyngem & pulmonem media, talis corporis natura: tam grandis tamen vlceratio, in ipſo haudquaquam fieri poteſt, quin prius mors animal præoccupet. In pulmone verò talis fieri poteſt, vtpote qui ob humiditatem, & facile putreſcere, & à vitioſis humoribus promptè erodi conſueuit. Adde quòd brõchia in ipſo exigua admodum ſint. Quocirca pars ipſorum putreſcere non poteſt, quin potius totum bronchium reiici neceſſe eſt, mẽbra-

† ἰδέαις, qua ex pprius accidẽtibus cõſtituũtur vt phlegmonis è rubore, calore, dolore renitente, &c. alias quod ſtatim oculis obiicitur vulgari ſenſu.

noſis

nosis vinculis quæ ipsum cū aliis coniungunt, à sua cōtinuitate absolutis, quę suis bronchiis multò celerius afficiuntur. hæc enim & cartilaginea, & dura, & crassa sunt mēbranæ verò quæ ipsa cōiungūt, tenues & infirmę. Quinetiā frustum quoddā vasis, haud ita paruum, tussiendo reiici vidimus, quod ex pulmone fuisse eductū planè intelligebant dissectoriæ artis haud imperiti professores. Quotquot enim ad asperam arteriam in collo perueniūt vasa, omnia capillorū ferè speciem referunt. Proinde non solùm essentiæ proprietas, sed magnitudo quoq;, sæpenumero affectū locū haud obscurè indicare potest. Sic enim cū intestini tunicā per dysenteriam deiectam cōspexeris, sitq; & latitudine & crassitudine iis quæ tenuia cōstituūt multò maior, nō ab re cōiicies vlcerationē in crassis intestinis cōsistere. Ita cùm adulescentulū tussiendo, tunicā viscosam crassamq; reiicere videremus, coniecimus eā internā esse gutturis partem, quę ligulam (græci ἐπιγλωττίδα vocāt) cōstituit, ac sanatus est adulescētulus, quāuis id nō admodū speraremus, māsit tn̄ vox vitiata. Præterea p̄ essētię ꝓprietatē, à vesicę vlcerib⁹ ea quę in renib⁹ cōsistūt, distingui posſūt. Scripsit enim in aphorismis Hippocrates:

Magnitudo essētiæ.

Vox vitiata.

4. aph. 76. & 81

Si ea quæ cũ vrinis excernũtur, lamarum speciẽ referũt, in vesica vlcus esse, scire licet: si verò carũculis similẽtur, id erit ĩ renibus. Neq; nõ à reb⁹ in particulis q̃busdã cõtentis, creberrimè sedes affecta deprehenditur. Nã Mitylenis adolescẽs quidã secundũ sedem vulneratus gladio vulnere satis profundo, trib⁹ primis dieb⁹, neque cibum neq; potũ ingessit: quarta verò die, adhibitis prius remediis, cibũ sumpsit, ac bibit quoq;: deinde occidẽte sole, iterũ adhibita curatiõe, vrinę circiter quatuor heminas per vuln⁹ excreuit, quũ antea ex quo vulnerat⁹ erat, nihil vrinę reddidisset: tũ verò ab onere quo circa pubẽ grauabat᷑, se ꝑfectè liberatũ esse dixit. Itaq; ꝓculdubio cõstabat vesicã fuisse vulneratã. Quemadmodũ vbi stercus per vulnus excernitur, intestinorũ alicui vulnus esse illatũ haud dubiũ est. Sic etiã quum cibus egreditur, in vẽtriculo vuln⁹ esse manifestũ est. Iã ortũ supra inguina panum ac suppuratũ quũ medicus incideret, stercus subsecutũ, in collo abscessũ esse declarauit. Atq; in hoc genere cõtinetur, spirit⁹ efflatus, vulnerato thorace, & sãguis ab arteria profluẽs. Nã quũ interdũ vulneratũ corpus sensu deprehendi non potest, exactam ab his cõsequimur notitiã. Igitur vt

Res contentæ.

Historia adolescentis Mitylenæi.

Intestinorum vulnus.

Ventriculi vulnus.

Coli abscessus.

Thoracis vulnus.

ex thorace efflatus inter respirandũ spiritus, membranã costas succingentẽ, vulneratam esse significat, ita sanguis saliendo eiectus, arteriã, sed hic protinus eo q ex venis erũpit, & calidior, & magis tenuis, & flauior esse dignoscit᷑. At veluti horum nõ incertę sunt notæ, sic eodẽ modo si aliquãdo omentũ, aut intestinorum aliquod excidere per vulnus videatur, peritonæũ discissum esse nemo ambigere debet. Si verò pulmonis aliqua fibra, extremã sui partẽ à vulnere exerere videatur, thoracẽ cõfossum esse ostẽdit. Atqui nihil refert siue succingentẽ membranã vulneratã siue thoracẽ cõfossum esse dixeris. Iã verò ex his etiã quę†adnascũtur rebus affectis sedis notę petũtur. qppe res adhęrẽtes essentiæ proprietatẽ obtinẽt. Quemadmodum fungi, si fracto capite, meninx (id est membrana cerebrũ custodiens) fuerit affecta. Atq; rursus alia proprietas cõspicitur, osse particulę cuiuspiã vitiato. Huius pręterea generis est crustula quædã (ephelcis Græcè vocatur) ꝙ eius particulæ, à qua excerni videtur, vlcerationẽ protendit: vt vrinę

Peritonæi vulnus.

† ἐπιφυόμενα, alio loco vocat ἐπιτρεφόμενα, quæ ex reliquiis alimẽti in partib⁹ excrescũt

qualis in oßibus callus, in carnis vulneribus ὑπερσάρκωσις & hic fungus: Sunt autem fungi πλαδαραὶ ἐπιφύσεις, molles, laxi, flacidiq; tumores.

meatuū, ſi cum vrina: ſpiritaliū inſtrumētorum, ſi tuſſiendo reiiciatur: gulæ, ac ventriculi, ſi vomitione, excernatur: quemadmodū ſi cū alui excremētis deiicitur, inteſtinorū aliquod vlceratū eſſe ſignificat. Eſt prętereà ex indiciis quibuſdā alius notitię modus, quū videlicet in alięno ſpatio aliquid prętcr naturā continetur, vt in renibus, aut veſica, lapis, aut pus in thorace: ex eodē genere cenſetur & ſanguinis grumus (græcè thrōbos) ſeorſum cōtineatur, aut alius quidam humor moleſtus in animalis corpore, genitꝰ, vel extrinſecus ei adueniēs.

Quæſtio dialectica.

Vnde iuniorū medicorū cōplures, quæſtionē ad medicæ artis opera nihil conferentē, ſed dialecticā potius habentē cōtemplationē, mouere ſolēt: Vtrū huiuſmodi res in nobis præter naturā genitę, ex affectis ſint ſedibus, aut loco nullo affecto, animal à cauſa præter naturā malè afficiatur? Sed ꝙ inutilis (vt dixi) ſit huiuſmodi quæſtio, cognitu facilè eſt, ſi cōſideraueris quātū dignotiones ad artē cōferāt.

Vrina ſuppreſſa.

Subiiciamus ergo aliquē tribus diebꝰ nihil vrinæ reddidiſſe, nónne protinus in qua corporis parte ſit huiuſmodi accidētis cauſa inueſtigabimus, an in renibus aut vreteris, aut veſica, aut vrinę fiſtula? Neq; enim in hepate, pulmone, lie-

ne

ne, vẽtriculo, corde, aut alia quauis particula ipſam q̃remus: ꝙ nulla ipſarũ ſit vrinę inſtrumẽtũ. Vnde niſi nouerimꝰ primã vrinæ ſecretionẽ in renibꝰ fieri, deinde eã per vreteras ad veſicã peruenire, ac demũ inde excerni, quemadmodũ iam anteà in libris Naturaliũ actionũ oſtẽdimus, nihil huiuſmodi inuenire poterimus. Verũ huc uſq; ꝓceſſiſſe haud ſatis eſſe videtur, quin potius perpẽdere oportet, quænam ſit dictorũ cauſa, propter quã vrina ſupprimitur. Eſt autẽ via contẽplationis hæc: intueri oportet omnia tũ præterita tum pręſentia accidẽtia. Præſentia q̄dẽ ipſemet Medicus inſpicere debet: Præterita verò non ſolùm à laborãte, ſed etiã ab ipſius familiaribus interrogãdo perdiſcere. Sit igitur (exẽpli gratia) tumor aliquis in pube, ſatis euidẽter in circũſcriptione veſicã impletã eſſe oſtẽdẽs, nihilq; excernat᷑. Nunq̄d planè cõſtat aut excretoriã vrinę actionẽ neceſſariò reſolutã, aut vrinæ fiſtulã eſſe conſtipatã? In primis igitur conſiderandũ eſt, num fieri potuerit, vt reſolutæ facultatis nomine id acciderit, ſi prius meminerimus quomodo ꝑ bonã valetudinẽ volẽtibus nobis vrina excernat᷑. Muſculus enim ceruicẽ veſicę circũdãs, ab actione q̄ſcit, fungẽte tũ veſica ſuo munere, muſculi aũt

Quomodo naturaliter vrina reddatur.

actio, volũtatis nostræ, imperiũ imitatur. at vesicæ actio & inuoluntaria est & naturalis. Nanque in commẽtariis de naturalibus facultatibus iam declaratũ est, in omnibus ferè corporis particulis esse vim qua excrementa secernantur. Hæc quãuis semper ipsis assit, nõ tamẽ vtuntur ea, nisi cũ vrgẽtur ab excremẽtis. Quæ si aliquando fuerit affecta, fieri potest, vt vrina supprimatur: proinde si hominẽ ita figuraueris, vt decliuis sit ceruicis vesicæ positus, 1
ac manibus tumorẽ pręter naturã cõpresseris, expelletur vrina. Quod si ita faciendo nihil profeceris, à causa qua resoluta vis esse putabat͛ desistere, atq; vrinę fistulã cõstipatam esse suspicari oportet. quippe musculus ei circũdatus, si resoluat͛, ipse nõ cohibitę, sed præter volũtatẽ emissę vrinę causa est. Itaq; quot modis cõtingat vrinę meatũ (quẽ οὐρῆθραν id est vrinę fistulã vocãt) stipari deinceps cõsiderandũ est. Equidẽ tres in vniuersum esse cẽseo. Aut enim corpus ipsius in tantũ tumorẽ præter naturã attollitur, vt meatus inde occupetur: aut aliquid ei pręter naturã, vt vel caruncula, vel callus innascitur: aut à re quapiã obstruit͛ meatus. Corpus ipsius ad insignẽ tumorẽ attollitur, si vel inflãmatione, vel scirrho, vel abscessu, vel alio quouis tumore 2

Vrinæ meatus trifariam stipatur.

xe

re fuerit affectũ. In meatu caro quidẽ oritur, si præcesserit vlcus alia verò res lõgo tẽporis spatio ex crasso lẽtoq; humore paulatim nasci potest. Obstruit meatus, vel à lapide, vel grumo, vel pure, vel crasso lentóq; humore. Igitur hæc oĩa distinguere oportet, nõ solũ ex præsentibꝰ accidẽtibꝰ, sed etiã ex iis quæ pręterierũt. Age igitur subiiciamus vt puer laboret. apparuerint verò antea calculi indicia, vrina quidẽ aquę similis, in qua subsidẽt sabulosa quędã, ipse insup assiduè pudẽdũ scalpat, idq; vel laxũ, vel intẽtũ præter rationẽ, posteà vrina de repẽte supprimatur, nũqd optima ratione cõieceris, huic calculũ in vesicæ ceruicẽ incidisse? Itaq; supino figurato puero, vt crura reliquo corpore multo sint sublimiora, multifariam ipsum cõcuties, hoc satagẽs, vt lapis ex meatu recedat. Quibꝰ pactis, iube vt puer vrinã reddere tẽtet, id si bene successerit, ꝓfluatq; vrina, præter exactã causæ notitiã, curationis quoq; modũ inuenisse te, haud dubia erit cõiectura. Quòd si nihilominꝰ vrina supprimitur, rursus cõcute, sed vehemẽtius, atq; si sic quoq; ꝑmãserit, tũ demissa ænea fistula (Græci catheterẽ vocãt) simul & lapidẽ à vesicæ ceruice repelles, & vrinã euocabis. At nulla calculi nota retentã

A liquãdo naturali vitio vt in virgine quadam cui vrina per sedem reddebatur.

Calculi notæ, vt 4. Aphor. 79.

Catheter, ænea fistula.

vrinā præcedēte, si sanguis effluxerit, par
Grumus. est, vt grumus vrinæ fistulā obturet. At fie
ri potest vbi vlcerata est vesica, vt paula-
tim in ipsa grumus cōcrescat, vel nō præ-
cedente sanguinis fluore. Accidit autē vt
sanguis ex renib⁹ per vreteras in vesicam
defluēs, grumū efficiat. Atq; in huiusmo-
di cōiecturis, magn⁹ est æneę fistulæ vsus:
Pus in vesica. haud secus ac cū vel pus, vel crassum len-
tumq́; humorē meatū obstruxisse suspica-
mur. In huiusmodi verò cōiecturā, ex præ
cedentium notitia hoc pacto inducemur.
Etenim siue vesica, siue renes, antea affe-
ctu aliquo laborauerint, per quē tale tan-
tūq́; pus colligi potuerit, vt par sit ab ipso
meatū fuisse obstructū: ꝓbabiliter conii-
cies, hāc ob causam vrinā supprimi, aut si
etiā in parte aliqua renib⁹ superiore fue-
rit abscessus: quo erupto: haud absurdè pus
Humores crassi vrinā supprimentes. in renes trāsumptū esse putaueris. Quòd
si nihil huiusmodi pręcesserit vict⁹ ratio-
nē inqrere oportet, an ī ocio educat⁹, mul
tis cibis crassos viscososq́; humores gene
Carūcula in vesica. rare potētib⁹, fuerit vsus. Sic etiā vbi ob ca
runculā aliquā ab vlcere innatā vesicę cer
uicē obstructā esse putamus, & ex pręcedē
tib⁹ vlceris notis, & ex eo ꝙ demissa ęnea
fistula, vrina vacuatur, intelligere possu-
mus. nā & hūc affectū aliquādo vidimus:

quippe

quippe demiſſa fiſtula dolorẽ mouit, in ea videlicet meatus parte, vbi antea vlcus eſſe coniiciebamus: fractaq́; ſub fiſtula carne, ſecuta ſunt vrinæ excretionẽ, & cruor aliq̃s, & carnis fragmẽta. Atq; hæc dixim⁹ vt quæ ad inſtitutũ opus propriè pertineant. Conſtat autẽ, vt paulò antè citata à nobis quæſtio, dialectica dũtaxat ſit, quodq́; nihil ad artis opera conducat. Id enim vtile fuerit, vt cognoſcam⁹ meatũ eſſe obſtructũ à grumo, ſi ita cõtigerit, aut lapide. At quærere vtrũ affectũ eſſe meatum, an cauſam ſuppreſſæ vrinæ in meatu contineri, dicendũ ſit, nihil ad artem vtilitatis cõferre poteſt. Itaque Archigenẽ ſatis mirari nõ poſſum: qui non ſolũ in huiuſmodi quæſtionibus multus ſit, verũ etiam de iiſdem adeò obſcurè ſcribebat, vt intelligat̃ à nemine. Igitur rurſus propoſitũ ſermonẽ reſumentes, conſequentia tractemus: quomodo ſcilicet, tũ ex præcedẽtibus tum præſentibus accidẽtibus, cauſa cur vrina reddi non poſſit, deprehendatur. Percuſſus ergo validè quidam in ea parte, quæ femen appellatur (Græci perineon dicũt) inflãmatione ſuborta in vulnere, vrinam reddere nõ potuit, ac veſica ipſa, vtpote plena, manifeſtè ſecũdum circũſcriptionem intenta videbatur. Huic, ne irritaretur inflammatio, æneam fiſtulam

Archigenis error.

Vrinæ ſuppreſſæ cauſa.

Femen.

Perineos.

fiſtulam adhibere noluimus, ſed aqua calida adfuſa, oleo perungere ſatius eſſe putauimus, quumque tribus horis ſic eũ tractaſſemus, tumore nõ parum relaxato, ac dolore, vt ipſemet fatebatur, nõ ita grauiter infeſtãte iuſſimus vt vrinã reddere tẽtaret: interim quũ nos veſicæ tumorẽ, ad inferiores partes impellendo, ſenſim premeremus, iuuenis vrinã reddidit. Atq; in his q̃ ſic afficiũtur, cauſa ſuppreſſæ vrinæ facilè deprehenditur. quãuis in aliis quibuſdã nõ adeò manifeſtè dignoſcatur. In quibus artificioſa cõiectura ab oĩbus vocata, nobis perquã vtilis eſt, vtpote quæ inter exactã notitiã, & omnifariã ignorãtiã, media quodãmodo putatur. Proinde fieri nõ poteſt, vt in omnib⁹ morbis colligãtur notę, quę cõcurſus affectuũ indices ab empiricis nominãtur. Sed veriſſimũ eſt id qđ Eraſiſtratus dicere ſolebat: Oportet (inquit) hominẽ exercitatiſſimũ ratione eſſe, qui voluerit non ſolũ affectus ipſius qualitatẽ, ſed affectũ quoq; locũ probe dignoſcere. Verùm vt ad huiuſmodi exercitationẽ decenter perueniamus, haudquaquam quærendũ eſt, an dicere oporteat, veſicæ ceruicẽ, ſi vel à lapide: vel grumo obſtruatur, affectam eſſe, aut ipſa nõ affecta, actionẽ ipſi⁹ lędi. Igitur in huiuſmodi

Coniectura artificioſa è ſignis probabiliter colligitur. Vide Celſum lib. 2. capitu. 5. Eraſiſtratus.

quæ

quæſtionibus ad artem omnino ſuperuaca neis Archigenes verſari cõſueuit. Alij verò vltra hæc procedẽtes, ne lædi quidẽ actionem dicũt. fieri enim[ipſa]videtur, muſculo qui veſicæ ceruicẽ cõſtringit laxato: veſica autẽ, vrina in ſe contẽta circundata, ac circa eam cõtracta: muſculis verò abdominis ſimul exprimẽtibus. Quũ itaq; & veſica citra noxã munere ſuo fungitur, & muſculi volũtatis imperio ſic obediũt, vt ſuperiores intẽdãtur, is verò qui ceruicem circundat laxetur, quomodo (inquiũt) rectè poterit aliquis ſuſpicari, noxam eſſe actioni illatã? Quapropter ſupprimi vrinã dicere coguntur, nõ læſa, ſed impedita meiẽdi actione, tanquã arti medicinæ opẽ ferãt, ſi vocabulũ lædi trãſmutantes, impediri dixerint. Sed huiuſmodi quæſtiones (vt diximus) ad dialecticã pertinẽt, ac ad mẽtis exercitationem magis, quàm vel ad affectus ipſius dignotionẽ, vel ſedis affectæ inuẽtionẽ accõmodantur. Verùm ea, quã nuper propoſuimus, ad inſtitutũ opus propriè pertinet. Intelligitur autẽ ex ipſa, quòd in primis per artẽ ſecandi corpora accuratè cognoſcere oportet, qualis ſit cuiuſlibet partis eſſẽtia. deinde verò & actionẽ, & †ſocietatẽ quam cum proximis habet, quæ etiam in poſitionis vocabulo comprehenditur, intelligere. Quin

†θέσις & κοινωνία Gale. lib. 13. Therapeu.

Quinetiã ipſe quoq; partiũ vſus, ad affecto rum locorũ inuentionem magnificè cõducit. *Actio.* Actio enim motus eſt partiũ, factiuus. *Vſus.* Vſus verò omnibus inſunt, vel nihil agẽtibus. Ergo, quod ad vrinæ redditionẽ pertinet, excretionis actio fit à veſicæ cõtractione concurrente interdum muſculorũ abdominis auxilio, quũ videlicet admodũ exiguam continet vrinã, aut veſica ipſa infirma eſt: reliquæ verò partes oẽs vtiles ſunt ad actionẽ: niſi enim veſica ipſa, cum toto ſpatio ſic figurata fuiſſet, ac ceruix ipſi⁹ tota fuiſſet perforata, & vreteres obliquè implãtati in ipſam fuiſſent, fruſtra habuiſſet cõprimẽdi motũ. Ex horũ itaq; notitia, & affectæ partes, & affect⁹ ipſarũ deprehẽdi poſſunt, nõ ex ea quæſtione, qua inueſtigatur, vtrũ dicere oporteat, obſtructũ inſtrumentũ eſſe affectũ, an omninò noxa carere. Haud abſimilis huic eſt alia quæſtio, & quidẽ de affectis iã partibus, ſed q̃bus nõdum ineſt propria diſpoſitio. *Propria diſpoſitio.* Vocãt autem propriam diſpoſitionẽ, quæ ſeparata cauſa quę ipſam fecit, permanere poteſt. Hac igitur cõſideratione rurſus dicunt nõnulli, nequaquam affici caput, per eos capitis dolores, qui à bilioſo humore in vẽtriculo contento proueniunt, quòd per vomitum eiecta bile, protinus capitis dolor quieſcat.

quem

quemadmodum si post vomitum nihilominus permanserit, tum affici caput: Idq; multò magis, quũ similia suffusioni accidẽtia, oculos infestãt, cumulatis in ore ventriculi excremẽtis. hęc enim veluti vmbras quasdã esse affectuũ. In omnibus his quæstionibus plurimũ occupati maiores nostri, perquam pauca de affectorum locorum notitia scripserunt. Nos verò diuersa incedẽtes via exercebimus, aut (vt dixerit quispiã) instruem⁹ studiosos, quomodo sedes affectas dignoscere possint. Igitur quẽadmodũ paulò ante propositũ est, ꝙ intẽta vesica homo vrinã reddere nõ posset, ita impræsentiarum subiiciatur, citra vesicæ tumorẽ vrinã supprimi, ergo necesse est, quũ sic retenta est vrina, vel vreteras, vel renes esse obstructos. Quapropter rursus hic intueri oportet, nũ antequam supprimeretur vrina, aut lapidis, aut inflãmationis, aut alterius cuiuspiam mali præcesserint accidẽtia, neque negligẽda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus (quoad artificiosa coniectura permiserit) distinguere vtrũ in ipsis renibus à lapide, vel crassis humorib⁹, fuerit obstructio, an in vocatis vreteribus (id est meatibus) qui à renibus ad vesicã protẽduntur. Atq; sunt quædam quæ ad exquisitam perducũt notitiam, veluti paulò ante *Vreteres.*

diceba

dicebamꝰ,de his quæ affectæ essentiæ pro-
prietatẽ declarãt.Alia verò artificiosæ cõ-
iecturę inseruiunt.Vnde prolixiorẽ esse dis
putationem accidit,nisi Sophistas valere si
Asclepiadis error. nas: quemadmodũ hoc loco Asclepiadem
neglleximus, qui de vrinæ in vesica colle-
ctione(vt alibi deteximus) absurda scripse
Princeps animæ facultas. rit.Porrò ea quæ de principe animæ vi scri
pta sunt ab iis,qui eã in corde cõsistere exi
stimant,omnes dissectores iã dãnarunt: cũ
tamẽ Archigenes ab hac opinione haud-
quaquã dimoueri potuerit, quãuis ea re-
prehẽdatur,cũ per alia multa, tũ maximè
per ea,quæ in phreniticorum, lethargico-
rũq; curatione vidẽtur: verũ tũ sursum, tũ
deorsum sermones suos cõuertit, vt modò
hoc dicat,modò illud, nihil omnino decla
rãs.Atq; huius generis est tertius Archige
nis liber quẽ de locis affectis conscripsit.
Nos verò principẽ animę vim,in libris de
Hippocratis,Platonisq; placitis,magna ex
parte absoluimus.Nũc verò hac veluti de-
mõstrata, affectarũ partiũ cõtemplationẽ
perficiemus, quodq; omnibus affectis par-
tibꝰ & locis cõmune est,nõ dialectica quę
stione,sed ad artem necessaria persequar.
Quę libet in animãtis corpore actio,pecu-
liarẽ habet particulã,per quã perficit eoq;
actionẽ lædi necesse est, instrumẽto ipsam
efficien

efficiẽte quomodolibet affecto. Atq; interdum facilè affectus soluitur, adeò vt simul atq; opifex causa fuerit separata, ipse quiescat, interdum tanta est soluẽdi difficultas, vt diutius permanere possit, causa etiã ablata Accidit autẽ nõnunquã vt efficiẽs causa pertransiens, nõ firmum in particula faciat affectũ, quẽ Archigenes cũ vmbra affectus cõparat. Similiter iis qui suffunduntur, collecto in ore ventriculi tenui excremẽto, vnde vapores quidem subleuati, dein circunuenti à visifica facultate, similes imagines mouẽt, quales per suffusiones apparere cõsueuerunt. Idq; maximè euenire solet iis, quibus oculorũ humor exquisitè purꝰ est, aut visifica facultas quã facillimè sentit. Eandẽ ob causã, vbi sanguinis fluor aut vomitus per morbos expectatur huiusmodi accidẽtia interdum apparẽt, de quibus Hippocrates in præsagiis hunc in mo-
,, dum scripsit: Si cuipiã, inquit, in non letali
,, febre, caput dolet, aut ante oculos obscura
,, quædã obuersantur, aut cordis dolor acci
,, dit, is bilẽ euomet. Ac paulò pòst, Quibus
,, verò in huiuscemodi febre, caput dolet, o-
,, culi verò obscuras illas imagines nõ vidẽt
,, sed caligatione hebetantur, aut splẽdentia
,, quædã ipsis obiiciuntur, ac pro cordis do-
,, lore, in alterutra parte, præcordia tẽdũtur,

Oculorũ imagines. Suffusiones.

Hippocr. li. præsag. 3. aphoris. 32.

Ibidem apho. 35.

neque dolore, neq; inflãmatione infestan-"
te, iis pro vomitu sanguis è narib⁹ effluet."
Hæc est verborũ Hippocratis series, q̃bus
docuit sępenumero cõtingere, vt ab humo
rib⁹ multis in vẽtriculo collectis, imagines
quædã oculis obiiciãtur. Quòd si nihil o-
mnino ab humoribus ascendat ad oculos,
nullũ huiusmodi accidentiũ euenire solet:
quẽadmodũ, vbi neq; vel ad auriũ, vel na-
riũ meatus, vel etiã ad linguæ corpus, quic
quam trãsfertur. Vnde manifestũ est, quòd
oportet oculos participes fieri eius dispo-
sitionis, quæ ventriculũ infestat, si vidẽdo
debeat animal errare. Cùm itaq; rursus di
cat Hippocrates: Quib⁹ deiectiones bilio
sæ exeũt, surditate superueniente finiũtur:
& quib⁹ surditas præcesserit, desinit, si deie
ctiones sequũtur biliosæ. Quis est autem
adeò demẽs interpres, vt omittat in huius
sermonis enarratione aurium affectũ? Aut
tum dicat nasci surditatẽ, quum bilis, quæ
antea per aluũ vacuari cõsueuerat, ad ocu
los efferat? Igitur semper incipere oportet
à læsæ actionis instrumẽto, deinde quęrere
quis sit noxæ modus, vtrũ videlicet disposi
tio iã stabilis ac firma, an adhuc fiẽs, ita vt
perseuerare nondum nata sit. Quòd si nũc
quoque fiat, vtrum causa quæ affectum ef-
ficit, in ipsa parte cõtineatur, an per ipsam
trans

Libro 4. Aph. 28. Surditas.

trãſeat, inueſtigãdum eſt. Etenim arefacto immodicè humore (quẽ cryſtaloidẽ vocãt) perſeuerãs erit noxa, & eſſentiæ ipſius proprius affectus: ſi verò craſſus humor in pupilla cõſtiterit, eſſentia q dẽ nõdũ læditur, verùm accidẽtis cauſa in oculo ipſo continetur: ſed tum per ipſum trãſire dicitur, cũ euaporãs humor cõſiſtit in vẽtriculo. Qui verò partẽ quampiam tunc ſolum arbitratur eſſe affectam, cũ in eſſentia ipſius permanẽs fuerit diſpoſitio, legiſlatoris munere, qui patriis nominibus propria ſignificata inſtituit, fungi videtur. Nã vbi vehemẽs dolor inteſtinũ infeſtat, firmato in vna quapiã parte dolore, vt quaſi perforari videatur, quo pacto, vel nequaquã affici inteſtinum, aut affectũ in ipſo non eſſe quis dixerit? quãuis interdũ huiuſmodi dolores excreto vitreo quodã humore, vel vnico tẽporis momẽto finiãtur. Nec verò aliud quidpiã, dolorẽ cõcitaſſe putandum eſt, præter humorem excretũ. Quo enim excreto, illico dolor ſiſtitur, hoc ex cõmuni hominum opinione doloris cauſam cẽſeri par eſt, idq; ob naturale quoddã axioma (id eſt enũtiatũ) quod ex ſeipſo ad huiuſmodi cauſarũ dinotionẽ, fidẽ habere videtur. Id enim quo tãgente afficimur, & quo ſeparato ceſſat affect⁹, cauſam eſſe, apud omnes homi-

Sic lib. 2. de differ. pulſuum.

Inteſtinorum dolor.

nes in confeſſo eſt. Sic enim & ignẽ vſtulationis, & gladiũ ſectionis cauſam eſſe credimus, atque de ſingulis aliis ſimiliter dicendũ eſt. Ergo vacuatũ humorẽ, infeſtãtis mali cauſam fuiſſe, quo tempore in particula cõtinebatur, putãdum eſt. Sed an ob

Doloris cauſæ.

id quòd vehemẽter infrigidat, aut calfacit, aut in totũ per intẽperaturam locũ afficit, aut quia per continuas partes tranſit, eas ad excretionẽ vi quadam excitans, aut ob flatuoſam ſpiritũ ab eo exortũ, qui continentem partem extẽdere poteſt, aut quia violenter impactus eſt, aut quia erodit, & mordet, nondum ex euacuationis ope munifeſtũ eſt. quippe id ſolum cõſtat, ꝙ cùm

Pars quã do dicatur affecta.

continebatur, moleſtiam inferebat. Igitur non ſolũ putare oportet huiuſmodi humorem eſſe cauſam doloris, verùm partẽ quoque in qua cõtinebatur, illo tempore affectam, quo ob humoris præſentiam dolore cruciabatur. Sic etiam affici aliquem dicimus cũ aliquid extrinſecꝰ incidit, vel calfaciẽs vt ignis, vel refrigerãs vt nix, vel cõtũdẽs vt lapis, quo ſeparato protinus finitus fuerit affectus nemine propter hoc dicẽte, partẽ non fuiſſe affectã, ꝙ in ipſa nulla ſit relicta diſpoſitio. Igitur hoc vno ſuppoſito quòd & nomine affectꝰ, & verbo affici, ad hũc modũ vtamur, ita dicẽdis animũ adhibe,

be,quo vtilitatem,tum in præsagio,tum in curationis ratione cõsequaris. Quippe nõ nunquã à causa quapiã oritur affect⁹, sed ita orit̃,vt separata causa,haudquaquã permanentem habeat dispositionẽ. interdum autẽ partim iã factus est, partim etiã dum fit. Sępenumero conquiescit:abeũte causa: iam verò perseuerãs manet dispositio. Veluti in dysenteria,mordax humor causa est affectus, vtpote qui ab initio & absterget, & abradit, dein tẽporis tractu vlcerat intestinũ. Quód si ante aquã vlcus induxerit, in intestina influere desinat, affectus ipse nõdum dysenteria dicetur. Si verò vlcere præoccupet intestinũ, quãuis humor finiatur,nõ tamẽ simul finitur affectus.Neq; est quòd in præsentia ratione ex minutatim coaceruatis cõtexta,quẽ soritẽ(id est acerualẽ)vocãt,moueamur:quippe multa advitã haud inutilia, cõmunem ex ipso sortiuntur dubitationẽ:de quibus priores,tũ medici,tũ philosophi,locuti sunt, proinde superuacaneũ esset ea nũc percurrere,mihi pręsertim,qui proposui in ipsa hac parte,artis ambiguitatẽ ostendere. Quòd enim tempore ad affectuum generationem sit opus, inter omnes conuenit. An verò quẽadmodum cùm domus fit,nõdum est domus,sed totum hoc simul,fiens domus : eodẽ etiam

† Σωρίτης παρὰ μικρὸν ἐρωτήσεως. qualia interrogata in granis, quæ aceruum faciunt, in guttis quæ lapidem cauant, in momentis quæ vocant instantia, & hic de momento quoiam morbus factus dicitur & iam non fit: ita multis minutatim & gradatim additis vel demptis similitudine fallit.

pacto, quilibet affectus dũ fit, † fiẽs quidẽ sit, nondũ tamen existat, haud ab re quæritur: neq; enim omnium quæ fiunt eadẽ ratio est. q̃ppe res similares, nullã naturalẽ figurã req̃rẽtes, protinus ab initio eadẽ cõstãt essentia: dissimilares verò, & quibus varia est forma, essentiã generatione posteriorẽ habere possunt. Neq; enĩ quum domus cõstruit̃, simul fiũt fundamenta, parietes, fastigiũ, tegulæ, ianuæ fenestræ: ex quibus omnibus quodãmodo compositis, atq; in vnã formam redactis, domus ipsius essentia cõposita est. Morbus verò & calidus, & frigus, & humidus, & siccus, ꝓtinus ab initio, cùm primũ corpus temperaturę, quæ bonę valetudini debet̃, limites excesserit, eandem sibiipsi naturã habet. Quãuis enim interdũ adeò sit exiguus, vt neq; à nobis cognosci, neq; laborantium sensu percipi possit, nihilominus tamen propriã habere speciẽ censetur. Haud aliter inflãmatio quoq; in quacũq; animalis ꝑte cõstiterit, siue maxima, siue minima fuerit, vnus atq; idẽ erit affectus, non specie quidem.

dẽ, ſed magnitudine varius. Cæterũ quod poſsint aliquæ affectiones in corpore cõſiſtere, adeo exiguæ, vt nõ appareant, argumento eſt gutta longo tẽporis tractu ſaxũ excauans, de qua recte carmen hoc proditum eſt: *Mollior aſsiduis ſaxum cauat ictibus vnda.* neq; eñ vel vnus, vel duo, vel tres, vel quatuor aquæ ictus, ſaxũ ferientes, ac ne cẽteſimus quidem, ſenſibiliter videtur ſaxũ excauare. Neq; etiam fieri poteſt, vt primo nihil efficiẽte, alter aliquid faciat. quippe qui habet eandem, quã primus habuit, ad ſaxũ rationẽ. Ergo ſi ſecũdus ict⁹ in ſaxũ quippiam effecerit, ipſum à primo ita mutatũ fuiſſe neceſſe eſt, vt non omnino idẽ, quale ab initio fuerat, permãſerit. Etenim ſi ipſum vndiquaq; idem permaneat, atq; agens quoq; in ipſum cauſa, nẽpe aquæ ſtilla, neceſſe eſt, quemadmodũ à primo ictu non affectũ eſt, ita neque à ſecundo, quod ſi fateare, neq; tertius quoq; ipſum afficiet, quippe eadẽ ratio eſt: haud ſecus de quarto, & quinto, & reliquis deinceps omnibus, dicendũ eſt. Etenim quoad eodem modo ſe habente ſaxo, eadẽ quoque cauſa acceſſerit, nihil amplius efficiet. Quòd ſi à milleſimo ictu, sẽſibilis videat in ſaxo cõcauitas, ad ſingulos ict⁹, affect⁹ in ſaxo nunc primũ ſenſibiliter apparẽtis

Guttæ aquæ lapidem excauant, hinc enim ſoritem ſophiſtæ veteres aceruabant.

milleſima pars referenda eſt. Quũ itaque cauſæ agũt in corpus, ſpecies affect⁹ ab initio eſt eadem, tamen ob exiguitatem non apparet. At verò huiuſmodi affectus qui adeò ſunt exigui, ſeparatis cauſis faciẽtibus illicò finiunt, natura videlicet ipſos ſanãte. Quippe illi dũtaxat externo egẽt auxilio, quos ob magnitudinẽ natura vincere nõ poteſt. Igitur eadẽ quoque ratione, quum primũ mordax humor aliquod inteſtinorũ deraſerit, quãuis id quod factũ eſt nõdũ videatur, nihilominus diſpoſitio ipſa ſub dyſenteriæ ſpecie cõprehenditur. Sed vt natura parua quædã vlcera, q̃ nonnunquã eueniunt, ita & inteſtinorũ abraſiones, nullo adhibito medicamẽto, ſanare poteſt. Hac ergo ratione, falſum omnino eſt ꝙ à quibuſdã dicitur, Nullum per huiuſmodi ſymptomata, in corpore relinqui affectũ. Quod ſi verũ eſſet, tamen inteſtina tum fuiſſe affecta haudquaquã negandum eſt, quum ab acredine excrementorũ ipſa rodentiũ dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc igit' ad omnia quæ poſthac dicturi ſumus: veluti elementum quoddã, obſeruare debetis, ſitq; hoc initiũ methodi, qua inueniri debent ſedes affectę, nullã actionẽ lædi, niſi pars quę ipſam facit, afficiat'. Si enim quum vel dolor, vel

Natura vicit morbos exiguos.

Magni morbi externis egẽt auxilis.

tumor

tumor pręter naturã aliq̃s eam infestat, omnino affici dicit̃, multò magis eã affici, læsa actione, fatendũ est. Atq; iam supradi *Epilogus.* ctum est, quòd ab excrementorũ natura, affectæ sedis coniecturã facere possumus. id verò bifariam fieri constat: vel ab excretæ essentiæ ꝓprietate, vel ab his quę in ipsa parte cõtinẽtur. Similiter diximus ab innatis interdũ rebus, de locis affectis cõiecturã sumi posse. Itẽ ab accidentiũ quoque genere, quæ quidẽ non mediocrẽ habent inter se differentiã, sed hanc posteà explicabimus. Nũc verò rursus ad principiũ sermone reducto, in singulis partibus tentemus inuenire notas, affectus earũ indicãtes, tum eos qui in ipsarũ essentia consistunt, tũ illos qui ipsis veluti instrumentis accidũt. Rursus in vtroq; separemus & discernamus à factis iam affectib⁹, eos q̃ etiãdum fiunt: & qui nondũ pertinaciter inhærent. Item causas quæ in affecta parte cõtinentur, ab iis quæ eo tanquã trãsitu dũtaxat vtuntur. Quòd verò ex iis alij *Affectus per consensum.* cõponantur modi, satis constat. Præterea distinguere oportet eos qui ꝑ consensum alterius particulæ accidunt, à ꝓpriis. nam *Affectus proprius.* magis propriũ fuerit idiopathiam, id est, propriũ affectum, quàm (vt medici solẽt) protopathiã, id est primariũ affectum, no-

minare, veluti ex aduerſo diuiſo affectu ꝑ cōſenſum à ꝓprio. Ergo qui propriè vocabulis vti voluerit, primogenito quidē affectui, ſecūdariū aut poſteriorē opponet: Ei verò qui ꝑ conſenſum infeſtat proprium. Quāquā ſæpenumero cōtingere poteſt, vt aliquis ſimul & ꝑ cōſenſum, & ꝓpria affectione laboret, cū in affecta particula permanēs ſit diſpoſitio. Neq; enim primario, ſed ſecūdario & ꝓpriè, ipſam tum affici dicemus. Id verò haud obſcurè in ꝑtibꝰ externis videri poteſt: quēadmodū in corpore plethorico, aborto ingēti bubōe ab vlcere, quū inductū fuerit vlcus cicatrice, ꝑmanet etiādū bubonvel in ſuppuratā inflammationē tranſiens, vel ſcirrhoſam diſpoſitionē quam chœrada, id eſt ſtrumā, appellāt. At nemo primarios dixerit huiuſmodi morbos, q̄ ob aliū præcedentē euenerunt, quippe ꝑ cōſenſum facti ad huiuſmodi ꝑmutant̃ idiopathiā, ꝑinde ac ſi ꝓtinus ab initio ꝓpathia (id eſt primaria affectio) ipſis accidiſſet. Cæterū in p̄ſentia nō inutile fuerit, meminiſſe eorū quę in libro de Medicis nominibꝰ diximus, vbi de ſignificatis eſt ſermo, quæ peſsimè à recētioribꝰ tū medicis, tū Philoſophis cōfundunt̃. Maximè em̄ ꝓprius vocabuli, (affectus) vſus eſt cōtrarius, & è diametro pugnat cū vo-

Bubo ab vlcere.

Chœras.

Sturuma.

Medica nomina.

Actio.

Affectus.

ce

ce actionis. Quippe id agere dicit᷑, qđ ex seipso motũ obtinet. Affici verò, quod motũ habet ab alio. Quũ itaq; duo sint mot⁹ genera, alteratiõis, & lationis: vbi ad permanentẽ dispositionẽ alteratio ꝑuenerit, sitq; dispositio scilicet præter naturã, morbus appellat᷑: quãuis per abusionem interdũ, eãdem dispositionem nõnulli affectũ nominẽt, q̃ si more Grecorũ patrio nomine vterentur, partes ipsas potius affici dicerent, quũ motũ sustinẽt præter naturam: quũ verò dispositiones habent præter naturã, si propriè quis loquatur, ęgrotare eas potius, quã affici dicet: ꝙ si ab vsu recesserit, nõ solũ ægrotare, sed affici quoq; dicere poterit. Equidẽ quod semꝑ dicere cõsueui, nũc quoq; dicam: ꝙ in ea doctrina, qua de arte quapiã agit᷑, satis est si q̃s vocabulũ atq; significatum eius, pro doctoris voluntate proferens, ꝓcedat deinceps ad rerũ enarrationẽ. Admonui autem nunc significatorũ, eo quòd nonnulli, non solùm patriorũ vocabulorum significata peruertunt, verùm etiã eos qui rectè ipsis vti tentant, calumnia prosequuntur: de quorum numero sunt hi quoque, qui dicunt, interdum læsa actione, partem ipsam nõ lædi, eo quòd nondũ permanentem habet dispositionem, veluti vbi propter humores in

Motus genera duo.

Morbus.

Vocabulorũ vsus.

ventri

ventriculo cõtentos, caput dolet. Quòd si cõmutata ratione, de nominibus certare desieris, magis ꝓprie interpretãdo dices, affici quidẽ caput qñ ventriculo cõsentit, ægrotare verò, cũ ꝓprio affectu laborat.

Aegrotare.

Similiter ventriculũ affici quidem, quũ à vitiosis molestatur humorib⁹: ęgrotare verò, aut per propriã intemperiem, aut quũ inflãmationẽ, vel vlcus, vel abscessum habet præter naturã. Quòd si oĩno accuratiori scrutinio volueris huiusmodi quęstiones enodare, interdũ simul atq; alimenta fuerint corrupta, coctionis quoq; actionẽ læsam esse dices: interdũ hanc quidẽ non lædi, illa verò esse vitiata. Quippe corruptionis ciborũ tres primæ, ac veluti generalissimæ sunt differẽtiæ. Vna q̃dẽ fit per proprios vẽtriculi morbos: Altera à vitiosis humorib⁹ in ipso accumulatis: Tertia ab alimentorũ qualitate inducit̃. Hęc igitur quũ suapte natura, vel nidorosa, vel acida, aut fœtori, aut putredini, aut omnino corruptiõi fuerint obnoxia, aut ex pręparationis modo, ad huiusmodi dispositionẽ aliquã deducta, certũ est ea in ventriculo corrũpi, atq; hoc modo cruditatẽ fortasse fieri dixeris. Sed oritur ꝓtinus discordia, nũquid afficiatur tũ ob hæc cõcoquendi facultas: quippe nonnulli ꝑ huiusmodi

Cibus trifariã corrũpitur, ex distinctione causarum.

Cruditas.

cru

cruditates, eam haudquaquã affici cõtendunt: alij verò è cõtrario. Atq; inuenitur tertia quoq; secta eorũ, qui huiusmodi alimẽta incrudari negãt, quamuis ea haudquaquã concocta esse fateantur: tanquam non sit idem, per negationẽ aliquid enunciare, aut per priuatoriã vocatã à dialecticis dictionẽ, idem intellexisse Erasistratũ puto, quũ acinos, & sesama, & reliqua oĩa † quæ oĩno corrupta, & immutata deiiciuntur, nullã dixit indicare in animalib⁹ factam esse ἀπεψίαν, id est cruditatẽ, sed hoc ipsum dũtaxat, quòd nõ essent cõcocta. Quare in his negligẽter versari nõ oportet sed mẽte adhibita diiudicandũ est, quæ questiones tãquã logicæ ꝑtermittẽdæ sint: cõtrà, quæ ad affectæ sedis notitiã cõferãt, atq; idcirco accuratius tractari debeant. Hinc eñ & id quod futurũ est præsagire, & affectũ iam factum decenter curare poterimus. Itaq; sine contentiosis nominibus, ex rebus ipsis vtilitatẽ cõsequi licet, hoc modo: Esto vt quispiã mane exurgens dicat nidorosum se ructũ emittere, aut aliquid huiusmodi, vt ab ouis frictis, aut alia quapiã re magis fœtente, & putri. Ille itaq; q̱ fumosum ructũ ꝑcepit, fateatur se à cœna placentã nidore plenã comedisse, quales sũt q̃ ex oleo & itriis [& aliis

† ἄσηπτα.

Nam & concocta putria, vocare solet Hippoc.

Ructus fumosus.

Itria.

huius

Oua fricta. *Radicula* huiusmodi] præparatur: Alter verò confiteatur, fricta oua ingessisse, atq; nunc illorũ nidorẽ ructare: deinde ali⁹ cõplures radiculas comederit, vt fœtẽs putrisq́; exeat ab eo ructus. Igit̃ cibos in is nõ bene fuisse concoctos nemo negat, quãuis ex hac re ventriculus haudquaquã fuerit affect⁹, neq; etiã quod ad ipsius rationẽ pertinet, circa actionem errauerit: haud aliter quã vbi quis integros acinos ꝑ aluũ deiecerit: si eñ humani ventriculi officium esset acinos trãsmutare, accusaremus ob hoc vẽtriculi corpus, ipsumq́; vitiatum esse putaremus. Cũ verò id sui muneris nõ sit, sed acinorũ essentiæ accidat, vt cõcoq nequeãt: haud ab re dicemus, hos quidẽ nõ esse cõcoctos, vẽtriculi verò corp⁹ naturaliter sese habere. Quippe hoc & nosse, & definire ad medicũ haud inutiliter ꝑtinet. Sed quęrere an dicendũ sit actionem ipsius per huiuscemodi excremẽta fuisse læsam, an contrà, ad medicæ artis opera supuacaneum est. *Ructus nidorosus.* Age rursus vt quispiã nidorosum ructũ emittat, nihilq́; nidorosum comederit, nimirum huic igneum quendã calorem in ventriculo esse dicemus. Ac deinde rursus distinguendo inuestigabimus, vtrũ ab intẽperie corporis ipsius vẽtriculi hoc eueniat, aut à flaua bile: eaq; vel ĩ ipsi⁹ spatio

conten

cõtenta, aut in tunicas, ita vt vix abſtergi poſsit, demiſſa. Ac ne hic q̄dẽ cõſiſtemus. Nã quærere oportet, an iecinore male ſuo officio fungente huiuſmodi humor accumulet, an is ex vniuerſo defluat corpore, an etiã in ipſomet gignat vẽtriculo. Hæc ſunt cognitu perquã neceſſaria, ſed quę viro indigent exercitatæ conſiderationis, ꝗ res ipſas potius quã nomina quib⁹ explicantur ſcire ſtuduerit. Non enĩ quẽadmodũ corruptionis forma efficiẽtem cauſam apertè oſtendit, ſic etiã licet inuenire definitã demonſtrationem eius generationis quæ circa formã illã eſt. Igitur ſi in ventriculo cibi nõ ſuapte natura in nidorẽ trãſeunt, efficientẽ cauſam calidã: ſi verò ſaporem acidũ referũt, eã frigidã eſſe neceſſe eſt. Sed nõ protinus cõſtat, vtrũ intemperies aliqua, an vitioſus quiſpiã humor, ventriculi corpus infeſtet. Proinde diſtinguendum eſt, dareq́; oportet cibos ꝗ ſuapte natura modo corruptionis quã maximè aduerſentur: vt panem aut chondron (gratia exẽpli) illis qui in nidorem tranſmutare cibũ cõſueuerunt, mel autem his ꝗ acidũ à cibo ſaporẽ percipiunt. Deinde conſiderare excremẽta, tum ea quæ vomũtur, tum quæ per aluum deiiciuntur, num humor aliquis, cũ illis quidẽ bilioſus & calidus,

Chõdrus enim addito aceti tantillo maximè conuenit picrocholis 8. Metho.

cum

cum his verò pituitoſus ac frigidus, ſimul excernat: an nullo vacuato humore, ipſa exiguam quandam mutationẽ habeant. Quippe vbi igneo calore vẽtriculus infeſtat:panẽ aut chõdron ſine humore deiici videbis,perquã exigua in ipſis facta trãſmutatiõe.Quòd ſi humor quoq; [prauus] deiiciat,qui cibũ corrũpere poſsit,videntur cibi in huiuſmodi humore ſubmerſi,& ab ip̃ius actiõe manifeſtius alterati,id qđ à vomitione clarius diſcernitur,ſi laborãs ſuapte natura facilè vomere poſsit.Nã cogere eum qui vomere non poteſt,abſurdũ eſt.Atq; hæc ita deprehenduntur,ſi in ſpatio vẽtriculi noxius humor innatet. Si verò in tunicas ipſius refunditur, nauſea quidẽ omnino cõſequitur:ſitis verò magis à calidioribus ſeq̃ nata eſt, vt à frigidioribus ciborũ cupiditas, excitari ſolet. Verũ cõſiderare oportet,vtrũ illæſum ſit hepar, an affectu quopiã laboret:& qualis ſit ip̃i⁹ affectus,vtrum calidus,an frigidus. Haud ſecus de ſplene quoq;, q̃ppe ex horũ omniũ cõſideratione,ſimul cũ quotidiana ciborũ potionũq; experientia, exquiſitè poterit quis inuenire,nõ ſolùm locũ affectũ, ſed etiã ipſius diſpoſitionem. Hæc autem notitia eò eſt vtilior,quò facilius curationis ſpecies ꝑ ipſam figurat. Etenim calida

Vomitio.

diſpo

diſpoſitio, vbicunq; fuerit, ſemper refrige-
rãda eſt. Sed quouſque, aut quomodo, aut
qua materia refrigerare cõueniat, locus af
fectus cõmõſtrat. Igitur ſi id ipsũ qđ mole *Intẽperiei*
ſtat, nihil aliud fuerit quàm intẽperatura, *alteratio.*
calidam refrigerãdo, & frigidã calfacien-
do, illicò iuueris hominẽ. Neq; nudã dun-
taxat opinionem, verum etiam ſcientiã &
quidem haud obſcuram, ſuſceptæ habebis
coniecturæ: idque multò magis, ſi vtrinq;
ipſam examinaueris: refrigerãtib⁹ tũ me-
dicamentis, tum victus ratione, vidẽdo ho
minẽ ſanari, à calorificis verò lædi. Quod
ſi humor quiſpiã in ipſis vẽtriculi tunicis
contineatur, nauſea quidẽ vexabit, ſed in- *Nauſea.*
anis, & ſine vomitu, & quæ turbat ac cõuel
lit duntaxat, nullum humorem euacuans,
quemadmodũ fieri ſolet, vbi ſecundũ in-
ternam ſpatij latitudinem, in vẽtriculo hu
mor continetur. Cæterùm ructus ab aliis *Ructum*
acidi, ab aliis nidoroſi emittũtur. Auxilia- *ſanantia.*
tur autẽ illis quidẽ medicamentũ ex trib⁹
piperis generibus inſtitutũ: aut aliud, qđ *† Διὰ τρι-*
huiuſmodi habeat facultatẽ, ex aqua vel vi *ῶν πιπε-*
no epotũ: his verò, tum abſynthium, tum *ρέων. 4 ſa-*
hiera ex aloẽ facta, quam nõnulli picram *nit. tuẽd.*
quoque appellant. Igitur ſi per primã pro- *Hiera dia*
tinus experiẽtiã, à familiarib⁹ medicamẽ *loes.*
tis, in vtroq; humore, manifeſtũ videatur

† ἐπιστημονικὴν διάγνωσιν, firmã dignotionem & scientificam.

auxilium: ſimul habebis & notitiã † artificioſam, & modũ curatiõis. ſi enim ipſis vti pſeueraueris, homo ſanitati reſtituetur: q ſi à ſolitis auxiliari medicamentis, vtrãq; diſpoſitionẽ noxa cõſequatur, deceptũ te circa notionẽ inuenies. Quippe certiſſima omniũ huiuſmodi diſpoſitionum notitia, ab his deprehenditur, qui intelligũt quib' quælibet præſidiis, ad bonam valetudinẽ reduci poſſit. Sic equidem quoſdã colicos 1 vocatos ſanaui, dato in potu medicamẽto ex aloë: quippe cõiiciens, mordacẽ humorem ad affecti inteſtini tunicas defluxiſſe dato medicamento, ſperaui omninò huiuſmodi diſpoſitionem fore quietiorẽ: quod vbi contigit, intelligens recta me ductum coniectura, rurſus plus ipſius exhibui. Sed quid me ad hanc cõiecturam promouerit, operępretiũ fuerit enarrare. Vidi hoĩem à calidis, tũ cibis, tum medicamẽtis, atq; ab 2 omni calorifica vict' ratiõe irritari, rurſus iuuari ab alimentis boni ſucci, & tẽperatis noĩatis: inſuper inediã ei noxã inferre. doloris verò ſpeciem percõtanti mihi mordacem eſſe reſpondit, qua de re multo magis ſperans, ad veram me perueniſſe notitiã, auſus ſum amarũ ei medicamentũ exhibere. Poſtremò cõſpiciens hominem mirificè adiutum, quæ fuerit diſpoſitio, efficaciter me

Colicorũ ſanatio. Dialoë.

Experimẽtum in affectu colico.

me deprehendiſſe putaui. Fuit alter, quem cibi concoctu faciles irritabãt. hic de præcedentibꝰ interrogatus, reſpõdit, ſe in hãc deductum diſpoſitionem, ſumpto purgãte medicamento. Rurſus interrogans, quid ipſum ad ſumendum medicamentum promouiſſet, intellexi mordaces erodentéſq; dolores, multo tempore ventriculum infeſtantes, fuiſſe in cauſa. cõiectans itaque vitiatum fuiſſe à purgante medicamẽto inteſtinum, ac diſpoſitũ ad fluxiones, vt facilè reciperet ex hepate redundãtes humores, qui deinde corrumperentur, cibũ exhibui haud ita facilè corruptibilẽ, & adſtringentẽ, vnde & mordaces dolores mitigati ſũt, & nihil poſteà excreuit, quum antea protinus, vt mordacitatem ſentiebat, corrupta quædam, & liquida, & fœtentia excernere cogeretur. Quumq́; multò poſt mordicationem tempore ea deiiceret, ad ſuperiora inteſtina diſpoſitionẽ ipſam ꝑtinere cõieci. Ita in alio quoque, vbi celeriter à mordicatione ſequebatur excretio, diſpoſitionẽ ad inferiora retuli inteſtina. Hũc igitur iniecto clyſtere, illũ verò dictis iã cibis exhibitis, ſanaui. quippe certò ſciebam quòd proximæ vẽtriculo partes, exhibitis supernè, tum cibis, tum potibus: quæ verò non ita multum à ſede diſtant, infernè iniectis

Vitiatum inteſtinũ expurgante medicamento.

Ex mora deiectionis indicatio.

medicamẽtis,prõptius adiuuarentur. Non ſimpliciter itaq; hoc ſolũ cõſiderare cõuenit, ventérne affectus ſit,an aliquod inteſtinorum:ſed quænã ſit paſſio:tum quæ notæ propriæ ſint paſſionũ quæque locorũ affectorũ,diſtinguere oportet. Quemadmodũ concoctio fruſtrata, ventriculi eſt accidẽs. at ciborum ac nidoroſum, vel acidũ ructũ cõuerſio,ad cauſas & affectus ipſius referẽda eſt.Sic autẽ de inteſtinis & tẽpus exit⁹, & excrementorũ ſpecies atque accidentiũ differentia, cũ iis quæ præceſſerũt[& nunc in experientiam ducũtur], ſimul & affectũ ipſum & partem in qua conſiſtit, oſtẽdere poſſunt.Ergo age vt per ventrem excremẽta quædam deiiciantur, aliquãdo quidem ramenta, aut veluti membranarũ raſura, aut cruẽtum aliquid, ac aliquãdo ſimul omnia: inteſtinum vlcere affectũ nemo dubitauerit. At verò vtrũ in exilibus inteſtinis, an craſſis vlcus cõſiſtat, nondũ manifeſtũ eſt.Sed,vt nuper dicebamus,& ex raſuræ ſpecie, & exitus tempore, &(vt tertiũ addatur)ex mixtione cum ſtercore,vt modò magis,modò minus, interdum nequaquã miſceatur,diſtinguere oportet. Quippe infimarũ partiũ vlcera, nullas omninò vlcerum habẽt notas alui excremẽtis admixtas.earũ verò partiũ,quæ paulò altius collo-

Excremẽta inteſtinum affectum indicantia.

collocatę ſunt, vlcera, mixtas quidem cum ſtercore habent notas, ſed id leuiter dũtaxat. Quēadmodum ſi multò ſint altiores, vehemētior erit mixtura, præcipuè verò in ſupremis inteſtinis, vlceris notæ vehementer ſtercori vidētur admixtę. Porrò accidit ſæpenumerò, vt ex vno indicio, ſimul & locus, & diſpoſitio, deprehendātur: aut locus, vnà cũ cauſa: veluti locorum notæ, & ab actione læſa, & excremētis, & poſitu, & doloris proprietate, & ꝓpriis accidētibus ſumuntur. Affectuũ verò, & ab excremētorũ ſpecie, & loci natura, & doloris ꝓprietate, & propriis accidētibus. Sanè actio læſa, affectam partē indicare poteſt: & quidē hoc modo. ſi enim accidēs aliquod circa cernēdi officium euenerit, oculum affici cōſtat: verùm an ꝓprio affectu an per cōſenſum, aut vtroque modo laboret, alia conſideratione inquirendum eſt. Excrementorũ ſpecies, affectam partem indicat, veluti iã antea dictum eſt, & per partium ipſius eſſentiam, & per cōtēta in ipſa. Ac poſitus quoque, affectam partem nimirũ cōmōſtrare ſufficiēter poteſt, quippe durus in dextra præcordiorum parte tumor, nō lienis, ſed iecinoris affecti, nota eſt: quemadmodũ ſi fuerit in ſiniſtra, nō hepatis, ſed ſplenis affectũ portendit. Ac poſitus interdum, vbi

Quinque modis locus deprehenditur.

Quatuor modis affectus deprehenditur.

Actio læſa.

Excrementa.

Poſitus.

Tunicæ fruſtulũ excretũ.

ſimiliter ſe habent excremẽta,affectã partem cõmonſtrat.Si enim membranoſæ tunicę fruſtulũ excernatur,id vlcus eſſe alicubi oſtẽdit:verùm in qua ſit particula,ex poſitu diſcere poteris. Nã ſi vomendo fuerit reiectum,aut gulæ, aut ventriculi:ſi tuſſiẽdo,gutturis, aut aſperæ arterię:ſi ſcreãdo, fauciũ:ſi cum vrina, ei⁹ fiſtulæ:ſi à ſede,alicuius inteſtinorũ:ſi per mulieris pudenda, vteri affectum,portendit.At verò conſtat, quòd ſinguli dolores,propoſitus varietate, affectum locũ oſtendere poſſunt. Hoc etiã pacto,ea quæ ſupra propoſuim⁹ diſtinguere oportet.

Vlcerũ notæ per vomitum apparentes.

ὑποχόνδριον.

Quippe apparẽtibus per vomitum vlceris notis, animaduertẽdũ eſt,vtrũ anteriores partes circa †pręcordia,aut poſteriores circa dorsũ, dolor aliq̃s infeſtet. dignoſcemus autẽ id hac ratione. Etenim qui in anterioribus percipitur, ventriculũ: qui verò in poſterioribus, gulã occupare cenſetur.Haud aliter os vẽtriculi, à ſpatio ipſius diſtinguendũ eſt: ſi deuoratis q̃buſdã acrib⁹, hoc quidẽ in ore ventriculi, aut

στόμαχον.

parte inferiore mordicationẽ excitet,illud verò in trãſitu gulæ quę ſecũdũ thoracem eſt.Omnia enim hæc poſitu diſtinguũtur, quemadmodum alia ex doloris ſpecie. Verùm de doloribus latius in ſecũdo libro dicemus.Sed nunc exemplũ aliquod afferre,

ope

operæpretiū videtur quomodo ſcilicet locus, ex ꝓpriis affectus accidētibus innoteſcat. Nam ſupra diximus, ſingula quę vulneribus adnaſcuntur, propriam oſtenſionē habere, id verò in pręſentia ſubiiciendum eſt. Ore quidem ventriculi affecto, faſtidiū infeſtat. per hepatis verò imbecillitatē, excremēta per aluū deiecta, aquæ in qua carnes nuper mactatæ ablutę fuerūt, ſimilantur, itē maxillæ rubræ apparēt in peripneumonicis. Quin etiā ꝓpriæ affectuū ipſorū notæ, in excrementis deprehendūtur: vt ramentū, vlceris: ſi in vrina ſabuloſum reſidet lapidis: cucurbitæ verò ſeminibꝰ ſimilia excrementa, latorum vermium indicia ſunt. Atq; à locis ipſis, morborū indicia ſumuntur: eo quòd quibuſdam ſolis, morbus hic accidat, quibuſdam verò ſolis nunquā eueniat: quippe ſoli oculi, ſuffuſione laborant: lapis in renibus. & veſica, dūtaxat naſcitur, atq; (vt nōnullis placet) etiam in colo. Lumbrici in inteſtinis gignūtur. Rurſus impoſſibile eſt, vt abſceſſum cor ſuſtineat: queadmodū neq; pulmo, neq; ligamēta dolorem. Ab accidentium quoq; proprietate, affectuum indicia oriuntur. Nam quibuſdam per tabificos morbos vngues adunci

Affectus cognitio ex ꝓpriis accidentibus.

Vrinæ.

Locus.

Rarum enim eſt vt in colo, pulmonibus, veſica fellis, rarius fortaſſe: quod tamen vidimus in vtero interiore, caluaria, & toto meſenterio.

†καυσώδους additur in quibuſdam codicibus, ſed non eſt neceſſe addi. Rigor enim in ardenti febre criticum ſudorem viribus integris prænuntiat iiſdem infirmis mortem: in aliÿs verò morbis criſim trahentibus nulla ratione manifeſta cõmotus rigor vnà cum febre ſuppurationẽ declarat.

euadũt: ſine ratione inuadẽs rigor, vnà cũ febre, † inflammationis ad ſuppurationem tranſeuntis, indicium eſt. Lingua nigricãs, ardentem febrim portẽdit. Sic etiã coloris in vniuerſo corpore ꝓprietas, alia quidẽ per hepatis, alia verò ꝑ ſplenis affectus apparet: ita vt doctũ medicum haudquaquã poſſit fallere, ſicut ne color quidẽ quẽ hæmorrhoides induxerunt. Cæterùm paucæ admodum ſunt ipſorũ affectuũ notæ, quæ nõ ſimul locũ affectum oſtendant. Etenim vt actionis noxæ, affectam duntaxat particulam: ita earum differentiæ ipſius affectũ declarãt. Hæc ergo ſola ſunt affectuũ propria ſigna, quę per accidẽs ipſos ſequũtur, id verò clarius in vniuerſo hui⁹ operis diſcurſu patebit. Necnon videbuntur cõmunes quoque notę, quę ſimul & affectum, & ſedem affectã, aut duos affectus, aut duas particulas ĩdicare poſſint. Huic itaq; libro in præſentia finem imponere ſtatui, ſi de propriis affectibus, & iis qui per cõſenſum eueniũt, aliquid addidero: admonẽs in primis ꝙ affectus, qui à reliquis medicis primarij vocantur, equidem cõmodius proprios

Proprius affectus. Affectus per conſenſum.

prios affectus appellauerim, quãquã nihil refert, ſi eos primarios nominare volueris. Quippe ſatius eſt rerũ differentias intelligere, quàm contendere de nominib⁹. Sanè quum vel vapores vitioſi, vel ipſi quoq; humores à ventriculo ad cerebrũ aſcendunt †mens læditur: primogenio quidẽ affectu cerebrum tum laborare, dicet nemo: quanquã omni affectu carere ipſum, haudquaquam defendi poteſt. Verùm quod per verbum cõſentire de illis ipſis eſt in cõfeſſo, id omnino veriſſimũ eſt. quippe ex verbo (per conſenſum affici) partẽ nõ penitus ab affectu eſſe liberã, ſed ipſam cũ alia affici, declaratur. Atqui melius, clariusq; enarraueris, ſi eã partẽ quæ per conſenſum afficitur, ob alterã affici dixeris. Igitur qđ multi medicorũ veluti ſomniãtes obſcurè intellexerũt, atq; ipsũ vtpote nõ intelligẽtes haudquaquã clarè enũtiauerũt, id equidẽ veluti inſtituto operi perquã neceſſariũ, docere aggredior, inde ſumpto initio. Sũt nonnullæ actiones, †quę idonea indigẽtes materia, ipſam ab aliis partibus pręparatã accipiunt, qua de re interdũ optima ratione fit, vt nulla exiſtẽte in actionis cuiuſpiã propriis inſtrumẽtis noxa, actionẽ ipſam perire contingat, defectu ſcilicet materiæ, ex qua fieri cõſueuit: veluti in voce res ſeſe

† Διάνοια

Per cõſenſum affici.

† ἐξ ὕλης ἐπιτηδείου γενόμεναι

Vox.

habet. Nã in libro quem de ipſa cõſcripſimus, oſtenſum iam eſt, ꝙ † flatus, materia quidem vocis eſt, & efficiunt eũ contracto thorace, intercoſtales muſculi. Igitur his nihil agẽtibus, animal vocẽ amittit, & ꝗdem nullo interdũ in propriis vocis particulis, apparente affectu. Sunt verò huiuſmodi partes, ſummatim quidem loquẽdo, totus larynx. Si verò particulatim explicare volueris, ſunt tres chartilagines, à trib⁹ motæ muſculis, quib⁹ accedũt nerui à cerebro demiſſi. Eſt prætereà in gutture ligula (Græci epiglottida vocãt) hæc maximè ꝓpriũ vocis inſtrumẽtũ eſt. Etenim quũ moderatè & aperitur & cõmittitur, vocẽ efficit, quanquã vocem reddi impoſſibile eſt, niſi vehemẽter ſpirit⁹ egrediatur. id verò, intercoſtales muſculi ꝑficiũt. Cecidit quidam ab alto, † ita vt dorſi initiũ affligeretur, is tertio die exiguam admodũ vocem emiſit, quarto deinde die omninò obmutuit reſolutaq́; ſimul fuerunt crura, manibus omninò illæſis, ſed neque ſpirationem amittebat, neq; difficulter ſpirabat. Quum enim tota ſub ceruice ſpina eſſet reſoluta, accidit thoraci, vtrum per ſeptum & ſeptũ trãſuerſum, & muſculos ſupernos, numero quidẽ ſex, moueretur: quippe nerui ex ſpinali medulla, quæ in ceruice eſt, ipſis adueniunt

† ἐκφύσησις, efflatio.

Vocis inſtrumẽta.

Vox vitiata.

† κατὰ τῆς γῆς, ſed facile intelligitur.

niunt

Intercoſtales muſculi læſi vocem vitiant.

niunt. At intercoſtalium muſculorũ nerui, per quos efflationẽ fieri diximus oẽs affecti erãt. Quum itaq; fruſtra medici negotium ſubirẽt, circa crura quidem, vtpote reſoluta: circa guttur verò, propter vocis affectũ, equidẽ id interdixi, atq; affecto dũtaxat loco curationẽ adhibui. Proinde finita tandem ſpinæ inflãmatione: à ſeptimo die vox reſtituta eſt iuueni, & crura motionis facultatẽ recuperauerũt. Huiuſmodi ergo noxę ſpeciẽ, magis propriè ꝑ cõſenſum euenire dixeris, quàm vbi ab humorib⁹ in ventriculo cõtentis, caput dolore tentatur. quippe per huiuſmodi diſpoſitiones, eleuatur ad ipſum aliquid: ſed in dictis nuper diſpoſitionibus, nihil noxium ad crura defertur. Nam cõtra, priuantur ea facultate, quã anteà ſpinalis medulla ipſis ſuppeditabat. Guttur verò, quum vox ablata eſt nõ omninò priuatur ſpiritu. quippe ſpirare animal per ipſum, etiamdum videmus. At verò flatũ amittit, qui quidem fieri ſolet, cũ affatim plurimus ſpirit⁹ per guttur animalis foras effertur. Sed de nominibus cõtendere cæteris permittamus, nobis enim res, quas illi penitus ignorãt, pertractare ſatis fuerit. Quippe aliter dolet caput, vbi contenti in ventriculo humores eleuãtur, qui ſimul & calfacere, & diſtendere caput

poſſunt

Suffusio. possunt: atq; aliter suffusorũ apparent visa quędã, neq; calfactis, neq; intẽtis oculis, sed solo vapore per ipsos trãseũte. Prętereà aliter affici videtur is, cui meat' à cerebro descendens obstructus est: aliter ille, (quãuis huic quodã modo sit similis) cui propter spinæ inflãmationẽ resoluta sunt crura: atque aliter is, cui vox aut periit, aut vitiata est. Etenim ad crura facultas quædã, sed citra essentiã, descẽdere prohibita est, ad oculos verò cũ essentia: verũ ad guttur, quãuis materia perueniat, sufficiẽs tamẽ ipsius quãtitas haudquaquã accedit. Qui verò ob intercostaliũ musculorũ perforationẽ obmutuit is totã vocis materiã amisit. Porrò quẽadmodũ crura, per dictas spinæ dispositiones resoluuntur, ita etiã guttur, vocalibus neruis vel incisis, vel laqueo interceptis. (*Vocales nerui.*) (Vocare aũt vocales neruos cõsueui eos, quos ipse inueni: nã præceptores mei eos duntaxat qui ad arterias pertinẽt, cognoscebãt) atque ob horum quoque vitia, vox perire solet. quoniam proprij gutturis nerui, quos equidem recurrentes nominare sum solitus, ipsorum essentiæ pars esse censentur. (*Nerui recurentes.*) Sed quum ad multas alias partes distributi perueniant, nullam habeo aliam magis propriam appellationem, ea qua vocales ipsos nominaui. quippe ad instrumẽta vo-

cem

cem cõcinentia, propriè pertinent. Atq; idẽ eſt modus, quo gutturis muſculi læduntur, ſiue recurrẽtes nerui, ſiue hi qui iuxta arterias ſunt, vitiẽtur. vtrinq; enim animalis facultas deſideratur, ſine qua à cõſilio, & voluntatis imperio, moueri illos nõ cõtingit.

Facultas animalis.

Et quidẽ inciſis muſculis, qui ligulã (id eſt epiglottida) mouent, animal penitus mutũ euadit, ſed neq; ſimili omninò modo, neq; etiã in totum diuerſo, ab eo quo læſis neruis, vox perit. Nã vtriuſq; noxa, hoc cũ altera habet cõmune, quòd ligula cõtinuitate, quam admouens principiũ habet, priuatur. id verò fieri ſolet ſiue neru⁹ ſiue muſculus incidatur, aut laqueo intercipiatur, aut contundatur, aut quomodolibet aliter vitietur. Equidẽ vocẽ vitiatã fuiſſe memini, adeò vt penè perderetur, infrigidatis vehementer neruis recurrentibus, quũ per hyemem ceruix fuiſſet inciſa: quod quũ intelligerẽ, calorificis remediis naturalẽ tẽperaturã neruis reſtituens vocẽ reuocaui.

Vox quibus affectibus perit.

Cæterùm vt ob materiæ priuationẽ, perforato thorace: ita etiã aſpera arteria tota inciſa, vox perit, quòd nullus ſuperſit ſpiritus, qui ad proprium vocis inſtrumentũ trãſmittatur. Idẽ efficit, ſed alio modo, laqueus [toti] collo circũdatus. verùm hic nõ ſolùm mutũ reddit animal, ſed etiã ſuffocat, tollẽdo

ſcilicet

ſcilicet ſpirationē. Arteria autem diſſecta, voci quidē nocet, ſed animal reſpiratione non priuat. *Angina.* Angina verò vocata, quum ſit internarum gutturis partium inflãmatio, ſtrangulationi proportione reſpōdens, reſpirationē tollere poteſt, ipſius meatũ obſtruendo. Idcirco vocalis inſtrumēti, maximè proprius affectus eſt, ac deinceps externorum ipſius muſculorũ noxa eſt. Cæteras verò partes omnes quarũ meminimus, nō propriè, ſed per conſenſum potius afficit. *Chœrades.* Quũ ex ceruice quidē chœradas (id eſt ſtrumas) in profundo incũbentes excideret, nō ſcalpello diuidēs mēbranas, ne vas aliquod diſſecaret, ſed vnguibus eas euellēs, imprudens ob ignorantiã ſimul recurrentes neruos diſtraxit, atq; hoc pacto puerũ liberauit à ſtrumis, ſed mutum reliquit. Quidam alius, in alio puero ſectionē faciens, ipſum ſimiliter ſemimutũ reddidit, læſo videlicet altero duntaxat neruo. Mirabantur verò omnes, quo pacto neq; aſpera arteria, neq; gutture affecto, vocē lædi contingeret, qui quum vocales neruos (me oſtendente) conſpicerent, admirari deſierũt. Quibus igitur partibus, vel materiæ, vel facultatis copia *non tranſmittitur, actionē lædi probabiliter dixeris, parte ipſam faciente nequaquã læſa. At verò ſi vel à vaporibus, vel humoribus

† Διαφθείρεται.

ribus

ribus aliūde ad ipſam veniētibus, lædatur, eam nō rectè dixeris illæſam. Neq; minus etiā probabile eſt, partem vel materia, vel facultate priuatam, lędi, vtique ſi officium ſuum, quum hæc reciperet, ſecundum naturam exercere poſſet. Proinde ex huiuſmodi in vtrāque* partem conatu, dialecticorum problematum cōſideratio, neque ad affectuum notitiā, neque ad curationē, neque etiam ad futurorum euentuum præſagia, quicquam vtilitatis afferre poſſe videtur. Animaduertas ergo velim, quomodo equidem curationem ex affecti loci notitia inuentam, hac cōſideratione neglecta, narrare aggredior. Occurrit mihi quidam, medicamentum tribus digitis adhibitum oſtendens, dixitq; triginta iam diebus, ſenſificā ipſorum facultatē ſe amiſiſſe, illęſa ſeruata motione, ſed nihil pręſidij ab impoſitis medicamentis percipere. Ego verò id quod in huiuſmodi caſibus facere cōſueui, ne tunc quidem obliuioni tradidi. quippe vocato medico qui digitorum curationem ſuſceperat, interrogaui cuiuſmodi remedia adhibuiſſet: quę quum intelligerem ad hāc rem eſſe idonea, cauſam inueſtigare cœpi, cur nullum ab ipſis homo præſidiū cōſequutus fuiſſet. inquirens itaque quæ præceſſerant accidentia, inueni, ipſo dicente, neque inflam

† ἐπιχειρήσεως, ſunt enim propria epicheremata dialecticorū.

Digiti reſoluti.

flammationem,neq; refrigerationem,neq; ictũ pręceſſiſſe,ſed ipſum paulatim ſenſum perdidiſſe. Captus itaq; admiratione, rurſus interrogaui,nũ ſuperiorũ partiũ aliqua icta fuiſſet? Ille reſpõdit,digitos quidẽ non fuiſſe ictos,ſed dorſi initiũ fuiſſe afflictum. Deinde quomodo, & quando id accidiſſet quum interrogarem,reſpõdit, ſe quum Romam proficiſceretur, à vehiculo decidiſſe, ac non multò poſt digitorũ incœpiſſe affectum: quocirca coniecturã feci,neruorum qui primi à ſeptima vertebra ꝓcedũt,partẽ quampiã ob ictũ fuiſſe inflammatã, ac nũc ſcirrhoſam habere diſpoſitionẽ. Id verò intellexi,doct⁹ ex arte ſecãdi corpora,ꝙ nerui per propriã circũſcriptionem, veluti venæ,exoriri videntur,adeò vt vnũquemque exquiſitè vnũ eſſe putares,quemadmodum & venam. Verùm protinus ab origine multi ſunt ſimul concreti,& communibus inuolucris cõtenti, quæ à cerebri mẽbranis exoriuntur. Ergo neruorũ, qui à ceruice prodeũt vltimi,humilior pars ad minores peruenit digitos,per cutẽ ipſos continentẽ, ac præterea per medij digiti medietatẽ diſperſa. Quod verò cęteros medicos in maximã duxit admirationem,quòd media dũtaxat pars afficeretur, id mihi perſuaſit potiſſimum,eam tãtùm nerui partem quæ in cubito

Neruorũ à ceruice ortorũ pro ductio & confuſio.

Paradoxon.

bito ab ipſo egrediens, in iã propoſitis digitis finitur, eſſe affectã. Igitur adhibitum ei medicamentũ abiicere iubens, illi præcipuè ſpinę parti, quę in affecta particula initium & originem obtinebat, ipſum adaptaui. Secutaq́; eſt res, vt aſpicientibus videbatur, & admirabilis, & inopinata, ꝙ digiti manus adhibitis ſpinæ medicamẽtis eſſent curati. Verũ affectu omnino ſummoto orta eſt inter medicos quęſtio, quęnã ſit eiuſmodi neruorũ diſpoſitio, vt per ipſam ſeruato eorum motu, ſenſus pereat. Equidẽ id ipſum dicebã, ꝙ priores medici dicere ſolebant, quod ſcilicet ſenſus per affici, motus verò per facere aliquid, explicatur: quapropter vt quis moueatur, opus eſt robore: ſed vt ſentiat, vel minima facultas ſufficit. Cũque recte me hũc dixiſſe ſermonẽ putarẽt: quid igitur (inquã) num vidiſtis aliquando cõtra euenire, vt ſeruato ſenſu, motus periret? Tum cæteris omnibus ſe nunquã cõſpexiſſe dicentibus, vnus id confiteri audebat: ac nomine laborãtis citato, teſtes quoque adhibere pollicebatur. Quamuis hoc cum propoſita ratiõe pugnare videretur, in partibus motis illis quidem, non verò ſentientibus (etenim quod ad hanc rationem pertinet, fieri haudquaquã põt, vt perdito ſenſu, motus à voluntatis imperio prodiens ſer-

Senſus amiſſus illæſo motu.

Alias moueat.

Motus voluntarius.

uetur) rurſus orabãt, vt cauſam explicarẽ, quamobrem vtraque appareãt. Ea verò (vt planè intelligũt ij, qui neruorum diſſectio nem didicerũt) talis eſt: Omnis volũtarius motus, ad muſculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per ſe, ſine muſcu lo, vllam huiuſmodi in animãtis particulis actionẽ efficere poſſunt, ſed per muſculos, omnes à conſilio & voluntate prodeuntes motus perficiunt ad partes verò mouẽdas, muſculi ipſi aliquando quidem manifeſtè perueniunt, aliquãdo verò per medios ten dones, quos aponeuroſes (id eſt deneruatio nes) aliqui cognominãt. Atq; ex hoc gene re ſunt tendones, quibus digiti mouentur, haud abſimiles his, qui toni ab Hippocrate nominãtur, rotũdi ſcilicet. Si itaq; muſculo rũ neruos affici contingat, motus digitorũ perit: ſi verò eos qui ad cutẽ perueniũt, tan gendi ſenſus corrũpitur. Sed vbi tota reſol uuntur mẽbra, cũ videlicet cõmune princi piũ affectum eſt, ſimul & ſenſus & motus pereunt: atq; tum locũ primario affectum, ex læſorum neruorũ multitudine dũtaxat, inuenire poteris, idq; ſi exquiſitè cognoue ris cõmunia ipſorũ principia, quę in neruo rũ diſſectione percurrimus, cũ nullus ante me huiuſmodi diſſectionẽ accuratè tractaſ ſet, vtpote nemine nõ plus minus errante.

Tẽdones.

Toni, epidem. lib. 2. ſect. 4.

Paralyſis

Igitur

Igitur ſolus ille, qui in ipſis fuerit exercitatus, exquiſitè cõſiderare poterit, in qua vertebra, ſpina ſit affecta: ſiue tota, ſiue altera eius pars afficiatur. Nam accidit, vt dextra pars dũtaxat afficiatur, altera oĩno illæſa: aut è cõtrario, vt illa manẽte ĩtegra, ſola ſiniſtra affectũ ſuſtineat. Atq; hac ratione, interdum tota pars ſiniſtra reſoluitur, dextra parte manẽte illæſa: interdũ contrà, dextra pars dũtaxat & afficitur, & reſoluitur. Vbi verò nõ affecta ſpina, tãtũ vnus nerui proceſſus læſus eſt, eas dũtaxat partes reſolutio cõſequitur, in quas neruus ille diſtributus eſt. Accidit enim interdum, vt duo, aut tres dũtaxat neruorũ proceſſus afficiãtur, quum interim ſpinam nulla noxa infeſtet. Sic affectus Eratis, qui per reliquas quidẽ manus partes omnes, ita fuit reſolutus, vt neque ſentiret, neque moueretur, ſed in tribus digitis ſenſum habebat integrum. Porrò cuidã alteri, nõ ſolum ij manſerunt illęſi, ſed etiam eorum muſculorũ, in quos neruorũ propago ſub ſeptima vertebra exorta diſtribuitur, motiones ſeruatæ ſunt. Atque alius, ob caſum ab alto vehementer afflictus, ſolos eos muſculos reſolutos habuit, qui huius nerui partes ſuſcipiũt. Idẽ etiã in iis dũtaxat cutis partibus ſenſum amiſit, ad quas prędicti nerui*ramuſculi demittũtur.

Pars altera ſpinæ affecta.

Neruorũ ſpinæ affectorum notitia.

† ἀπονευρώσεις.

Igitur ſi ſcire deſideras in qua vertebra ſit affectus, vtrum in ſola nerui cuiuſpiã propagine,an in ſpinali quoq; medulla, in neruorum diſſectione te exercitatũ eſſe oportet:communemq; habere methodum, qua reſolutos muſculos,vnà cum cute quæ ſenſum amiſerit obſerues. nã ſpinali medulla in aliqua vertebrarũ affecta,oẽs partes inferiores reſoluũtur. Quòd ſi in altera parte lædatur,altera manẽte illæſa, partes dũtaxat quæ illi è directo reſpõdẽt,reſolutio infeſtabit. Si verò nerui radix afficitur, reliquę partes oẽs affecto loco ĩferiores, nihil afficiẽtur,ſed ſolæ illę partes reſoluẽtur, in quas ſinguli nerui diſtribuũtur. Hęc ſi accuratè didiceris,circa reſoluta mẽbra, relicta ſpina,oĩno occupaberis:huic enim adhibitis remediis,partẽ affectã curabis. Sic etiã ſi nõ circa ſpinã,ſed in regione illã ſequente,neruus afficitur,partim ex muſculis,partim ex cute,quærẽdæ ſunt notæ. Cutẽ quidẽ facile eſt cognoſcere, nã oculis ſubiicitur:muſculi verò,ex actione quę periit deprehẽdũtur. Proĩde neceſſe eſt,circa muſculorũ ſectionẽ te exercites, vt cognoſcas,cuius actionis quilibet ſit ĩſtrumẽtũ:ſic enim duntaxat diſcernere poteris partes, quarũ actio perit nullo morbo corporalẽ ipſarũ eſſentiã infeſtante, aut in quibus præcedit

Muſculi cognitio.

mor

morbus, vel fiẽs, vel factus. Verũ morborũ genera & differẽtias omnes ex eo didiciſti libro, qui de Morborum differẽtiis inſcriptus eſt: atq; ſimiliter ex alio accidentium differentias. at de cauſis vtrorumq; etiam ſeparatim ſcriptum eſt. In vno quidem de morbis, in tribus verò de accidentibus: in quibus exercitari oportet eũ qui facile voluerit inuenire, diſcernereq; & cauſam, & affectum, & ſedem affectã. Etenim fieri nõ poteſt, vt omnia per concurſum doceãtur, quãuis eorum, qui ab experientia empirici vocãtur, huiuſmodi fuerit opinio. Qui verò accuratè & præcedẽtia, & præſentia cognouerit accidentia, atq; ſic ad curandorũ morborũ experientiã via & ratione perueneritt, inueniet & locum affectum & ſimul ipſam diſpoſitionem. Sed id magna ex parte accidit partibus, quæ in intimo corpore conſtituuntur, veluti pauloante de his qui ſenſum & motum perdiderunt, oſtẽdimus. Atq; non ab re fortaſſe fuerit, narrare quędam quæ iam facta fuerunt, cuiuſmodi hęc ſunt. Puer annorũ ferè ſex, inuitus per aluũ excrementa deiicere incœpit reſoluto derepente circa ſedem muſculo. Quinetiã ſeni quondã huiuſmodi euenit accidens, atque rurſus alius puer, ætatis ferè annorum quatuordecim excremẽta inuitus per aluũ

Librorũ de morb. & ſymptomatis vtilitas.

Syndromas empirici fingunt ex proprijs accidentibus, communibus & cauſis externis.

Excremẽta ſponte deiecta.

deiecit,infeſtãte ſimul veſicã dolore,atque alteri vrina quoque fuit ſuppreſſa. Contrà, alius vrinã inuitus excreuit, atq; alius non ſolum vrinam, ſed alui quoque excremẽta inuitus deiecit.In iis omnibus,ea quæ pręceſſerunt,ſcrutari oportet.Nam in totũ aut refrigeratam, aut ictam ipſorũ ſpinã,arbitrandum eſt.Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto muſculo nocet:ictus verò, magna ex parte pluribus noxã infert.Nã perrarũ eſt, vti icta ſpina vn⁹ afficiatur muſculus,quoniã nerui ex ſpina orti in plures muſculos diuiduntur. Verùm vbi ob ictũ affectus eſt muſcul⁹, ſi ſuperueniẽs inflãmatio ob negligentiam in ſcirrhum coierit, reſolui ipſum cõtingit, quanquàm id rarò accidere videatur.At verò frigus ſæpenumero vnum lædit muſculũ, maximè cum qui in ſuperficie ſedis eſt, ſiue ſederit quis ſuper lapidem frigidũ,ſiue in aqua frigida ſupra modũ fuerit verſatus. Igitur puer cuius & veſica,& ſedes lędebatur,cũ ĩ fluuio piſces venaretur,ſic fuit affectus.Nõnullis etiã in aqua frigida natantibus,itidẽ accidit.Hos itaq; ſic affectos,curare oportet, calorifica auxilia locis affectis adhibẽdo.Quibus verò neruorum à dorſi ſpina ortorũ quiſpiã fuerit affect⁹,eius principio adhibẽda ſunt remedia. Sæpenùmero etiã vbi ab alto lo-

Muſculi circa ſpinam affecti.

Spinæ refrigeratio.

Curatio.

co

co quis cecidit, aut vehementem fortemq́; ictũ ſpina ſubiit, inflãmatio ad plures partes extenſa, non ſolum muſculis, ſed veſicæ quoq; noxã intulit, quibus ob veſicæ ipſius affectũ vrina ſupprimitur. Sunt quibus nõ ſolum vrina, ſed alui quoq; excrementa penitus retinentur, affectis ſcilicet inteſtinis. Nam vt muſculi affecti, actiones à cõſilio & voluntate pendentes: ita & veſica & inteſtina, naturales actiones lædere poſſunt, eo quòd ipſis cõtractis excernũtur ea quæ continent. Atque in hac re plurimũ differunt naturalia ab animalibus inſtrumẽtis: ſiquidem naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus verò inſtrumentis, à principio (veluti lumen à ſole) ipſam defluere, iam oſtenſum eſt. Ergo vt magneti lapidi vis ineſt, qua ferrum attrahere poteſt, ita naturalia quoq; inſtrumẽta omnia, facultatem habent, qua actionem ſuã perficiunt. Proinde ſi permanens füiſſet ipſorum eſſentia, neque arteriis neque venis indiguiſſent. verùm quia nutrimento egẽt, ſeruareq́; oporteat innati caloris temperiem, hanc ob cauſam, & venis indigebant, & arteriis. Sic etiam muſculi, vt eſſentiam ſuã ſeruare poſsint, non ſecus quã naturalia inſtrumẽta, & venis & arteriis indigẽt. At quia cognatum ſenſus & motus princi-

Vrinæ ſuppreſſio.

Aluus aſtricta.

Naturalia inſtrumenta.

Animalia inſtrumenta.

Muſculorum compoſitio.

pium non habent, idcirco neruis (per quos hoc ipſis influat) ſemper indigẽt, q illis ea ſuppeditare poſsint, quẽadmodũ ſol omnibus rebus quas illuminat, ſplendorẽ affert. Quamobrẽ ſolis partibus, quæ & ſentiendi, & mouendi vim habent, accidit, vt ipſis interdũ haudquaquam affectis, nihilo minus corũ actio pereat: id quod naturalibus inſtrumẽtis accidere nõ ſolet. quoties enim horum actio læditur, ſemper primario affectu laborãt. Verùm animalibus inſtrumentis omnibus, naturale quoq; munus debetur: quippe & arteriarũ, & venarum adminiculo indigent, ad eſſentiã ipſorum ſeruãdam. Ideo accuratiſsimè intueri, ac diſcernere oportet, quę accidentia eis, ea ratione qua aut naturalia, aut animata ſunt, ſoleãt euenire: veluti alterari (vt ita dicam) à vicinis, ipſis, vt naturalibus: alterationem verò ſentire vt animatis, euenit: Sic oculis quoq; ſæpenumero contingit. Nã vapores à ventriculo elati, ipſos omnino alterant. verùm tam exigua alteratio non ab omnibus ſentitur, niſi ſynceriſsimam habeant ſenſificã facultatem. voco autem ſynceriſsimã, quæ minimas quaſque res cernere poteſt.

Naturalia inſtrumenta.

Animalia inſtrumenta.

Synceriſſima viſio.

LIBRI PRIMI
FINIS.

GL.

CL. GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA

LIBER II.

In hoc libro totus ferè Galenus eſt contra Archigenem in proprietate, hoc eſt ſpecie, & qualitate dolorum, vnde non tam diſpoſitiones quàm affectas partes inuenias. Fuit hic Archigenes inſignis medicus, & teſtimonio Galeni probus. Ex cuius præcipuè commentariis de locis affectis, horum librorum partem Galenus tranſtulit. Inuenias quoque apud Galenum in libris de compoſitione pharmacorum κατὰ τόπους, κατὰ γένη, *qui ante Galenum hoc idem argumentum de locis affectis tractauerunt.*

SCOPVS eſt, iubēte ſemper Eraſiſtrato, exercere mentē cum in aliis artis operibus, tum verò in ea, quā nunc propoſuimus, affectorū locorū notitia. Circa quam tres ſunt exercitationis modi. Vnꝰ circa ſingulas corporis ꝑtes, quas locos nomināt: Alter circa cauſas & diſpoſitiones: Tertiꝰ eſt de accidētiū differētia. Igitur à locis ſumptꝰ modus, huiuſmodi eſt: Affecto cerebro, huiuſmodi

Exercitationis modi tres.

Locos.

ſeparatim eueniunt accidentia: Ventriculo affecto, hęc ſunt propria: Colo affecto, hęc: atque in reliquis ſimiliter. A diſpoſitionibus, & cauſis, talis eſt: Inflãmationis ſeorſum, huiuſmodi ſunt accidẽtia: Scirrhi, huiuſmodi: Refrigerationis, hæc: Plenitudinis, hæc: *διαφθορὰς* (id eſt corruptionis ciborum) hæc. Ab accidentibus, vt hoc doloris genus, haſce diſpoſitiones portẽdit, aut hoſce locos: tuſsis verò hæc: ita & vomitus, ſanguinis profluuiũ, fluor alui, conuulſio, rigor, quæ eſt concuſsio totius corporis, horror, delirium. Quum enim hæc omnia inter ſe hoc pacto diſtinguuntur, facile intelligetur, quid vel bene, vel male dictum fuerit. Quòd verò ſic ſeſe res habeat, planè diſces, ſi ſingula conſideraueris.

Διαφθορὰ eſt cum humor adeo vitioſus eſt vt nullo caloris & naturæ opificio alimenti formam & qualitatem ſuſcipiat.

De his quæ ab Archigene ſcripta ſunt putante ex doloris ſpecie ſedem affectam poſſe diſcerni.

CAP. I.

QVale hoc ſit quod ſtatim initio proponatur: quũ in hoc genere multus ſit Archigenes, qui ex dolorum differẽtiis, locos affectos ſignificari exiſtimauit, exactè ſuper his conſiderandum eſt. Nam ſtupidum quidem dolorẽ in neruis fieri dicit, ſed planè peccat. quippe cũ ſtupor à frigida diſpoſitione oriatur, non neruorũ dun-

tax

taxat,ſed etiam venarum,arteriarũ,carnis, membranarum,tunicarum,& cutis erit.Igitur ſi ob id, quòd hæc omnia per neruos ſenſum habent,ad neruos diſpoſitionẽ refert,cur non reliquas omnes dolorum differẽtias,propriè ad neruos pertinere dicit? Quippe vt dolor,triſtis ſenſus eſt: ita voluptas,blãdus eſt ſenſus. Ergo non ſolùm ſtupor in neruis eſt,verùm etiam reliquorum dolorum omnium, quos ipſe quoque Archigenes deſcripſit,vnuſquiſque. Quòd ſi rem accuratius inſpexeris, haudquaquàm doloris,ſpecies dicendus eſt ſtupor: veluti neq; vlceris ſpecies,vlcus inflammatũ. Sed duarum potius rerum, in his quidẽ vlceris & inflammationis, in illis verò doloris & ſtuporis cõcurſus eſt. Etenim ſtupor refrigeratio inſignis eſt, idcirco corporibus ita diſpoſitis, & ſenſus & motus difficultatem inducit. Quemadmodum completa refrigeratio, & ſenſum & motũ omnino tollit. Sed quod ſtupor diſpoſitionis ſit nomen, non ſenſus,aut doloris, ſic dicente Hippocrate declaratur: Stupor enim mediocris, dolorẽ ſoluere poteſt. Nam ſtupor, ob refrigerationem ſit,vt planè videre eſt in his, qui in hyeme per frigora ꝓficiſcũtur, atq; in refrigerantibus quoque medicamentis. Nã ſi extrinſecus immodice adhibeantur,

Dolor.

Voluptas vel delectatio.

Stupor

par

particula ipſa ſtupida euadit: quæ deinde ſenſum quoq; omnino amittit, ſi vehementiſsimè refrigeretur, idq́; nõ ſolũ à medicamẽto, ſed etiã à circũfuſo nobis aëre. Equidem noui quoſdam adeo refrigeratis pedibus, vt in primis quidẽ ſenſus, periret ſequẽtibꝰ verò deinde diebus emortui pedes putreſcerent. Ergo vt perfecta refrigeratio, & ſenſum penitus aufert & motum, ſic moderatior, & ſenſus & motus difficultatẽ inducit. Nominaturq́; (vt dixi) huiuſmodi refrigeratio, ſtupor. Itaq; ſtupidum dolorẽ diſpoſitio efficit frigida ſimul & dolorifica: indicãte id nomine, non doloris (vt dixi) differentiã, ſed dolorem ſimul, & frigidã diſpoſitionẽ, aut ab ipſa inductam particulæ, & ſenſus, & motus difficultatẽ. Conſtat autem quòd cõſtrictas vehemẽter particulas, atque eos quoq;, qui torpedinem animal, dũ adhuc viuit, tetigerint ſtupor infeſtare ſolet. Et quibus membrũ aliquod ſtupidũ fuerit, ii quicqđ tetigerint, obſcuro, & hebeti ſenſu percipiũt, neq; moueri poſſunt, ſi verò moueri cogãtur, dolẽt. At citra hoc quòd moueri tentẽt, affectũ ipſum ſtuporis haud obſcurè ſentiunt, ſed tũ nequaquã dolẽt. Proinde male Archigenes enũtiauit, ſtupidũ dolorem ad neruos propriè ꝑtinere. Stupor enim diſpoſiionis, non loci affe-

Nimia refrigeratio.

Paulus libro.2. cap.39.

Torpedo. 4.de ſym pto.cauſ.

ĉti indicium eſt. Atqui paulo poſt rurſus Archigenes propriè ipſum ad muſculos pertinere ait, habet autē dictio vtraque ad hunc modum: prior quidem, Nerui autem cõtorti, diſtenduntur, & indurantur, atq; hi ſtupidos inducunt dolores, atque dure intendentes. Deinde paulo poſt, in hunc ſermonem prorumpit, Muſculi carnis neruorũq; mixtura, tanquã propria ſubſtantia conſtituti, arteriarum quoq; in doloribus mixtionẽ præ ſe ferũt, ſtringentes (vt ita dixeris) atq; latè diſtẽti, ac ſtupidè pulſantes. In horum ſermonum priore neruos ait ſtupidos inferre dolores. In altero verò muſculos ſtupidè pulſare: ſtupidum non ad affectus, ſed ad partes, referẽs. Sed vt dicebã: ſtupor nõ particulæ cuiuſpiam proprius affectus eſt, ſed diſpoſitio: quæ quidẽ in omnibus corporibus fieri poteſt, ſed nõ in omnibus ſenſibiliter apparere, quippe in his dũtaxat apparet, quæ ſuos affectus ſentire, & pro volũtatis imperio moueri nata ſunt. Cęterũ his, quę manifeſtè in muſculis apparent ſermo ipſius repugnat: quinetiã indiſtinctè prolatus eſt, ac fortaſſe non intelligit, nuſquã in corpore carnem ipſam per ſe inueniri. Nã muſculi quidẽ in plurimis vel capitib⁹, vel extremis partibus neruoſi ſunt, vbi etiã tẽdones inueniuntur. Id verò quod in medio con

Malè hic quoque Archige. ad muſculos nõ diſpoſitionẽ ſtuporem retulit.

Muſculorum compoſitio.

Caro. continetur,omnes homines carnem nominant,nemine intelligẽte,quũ exquiſitè diſſecatur,non eſſe ſolã carnẽ,ſed cũ tenuiſsimis quibuſdam veluti fibris,in quas neruoſum genus reſolutũ eſt. *Fibræ.* Voco autem neruoſum genus,in vnicã appellationẽ cogens, *Vincula.* tum vincula, *Tẽdones.* tũ tẽdones, quippe ex iis per carnem diſperſis,muſculorum oſtendimus eſſentiã conſiſtere:quæ vt permanere poſſet,venis indigebat & arteriis. *Arteriæ pulſant ſine dolore.* Cęterùm citra dolorẽ pulſare,ad ſolas arterias ꝑtinet, animali etiãdũ benevalẽte. *Dolor ab inflãmatione.* Vbi verò ingẽs oborta eſt inflammatio,vel eryſipelas, vel abſceſſus,arteriarum pulſum cum dolore ſentimus,quum antea per bonam valetudinem,neque cum dolore,neque ſine dolore ipſum ſentiremus.Etenim res ad hunc modũ ſe habet. Duabus præcipuè occaſionibus, vehemens dolor inflãmatis partibus infertur:quum mouentur, aut quum à re quapiam comprimuntur. *Inflãmatus muſculus.* Inflãmato igitur omino muſculo,duplici modo, dum attolluntur arteriæ,dolorẽ ſentimus.Nã & mouentur,& ab adiacente carne cõprimũtur, & ipſam comprimũt. *Pulſus.* Atq; hac ratione partes inflãmatæ pulſant,quem veterrimi quique ſolũ vocant pulſum : Poſteriores verò omnẽ arteriarum motum, quẽ ſenſus percipere poſſet,ſimiliter nominauerunt. Sed

non

non protinus ſtupidè pulſare, inſeparabiliter, aut omnino ꝓpriè, ad muſculos (affectos) pertinet: quū ne pulſare quidem proprium eorum omnino ſit: ſi quidem pulſus (vt prius dictum eſt) dolorē quendam inſinuat. Nam in ſcirrhis, & œdematis, proprie appellatis, atq; in intēperieb⁹, quæ ſine tumore cōſiſtūt, motus arteriarum dolorem haudquaquā excitat. Ac ne per inflāmatos affectus quidem, niſi quū maiores affecti ſunt, dolor infeſtat. Quinetiā ſine muſculo, arteria ipſa per ſe inflāmatoriū ſuſtinēs affectum, cū dolore pulſat. Dico autē inflammatoriū affectum, vt ſimul cū inflammatiōe, & eryſipelas, & abſceſſus intelligatur. Huiuſmodi igitur affectuū, quū maiores fuerint, pulſus accidens eſſe cenſetur. Quòd ſi aliqn̄ in iis pulſus, ipſi ſcilicet laborāti, ſtupid⁹ eſſe videatur (hic enim ſtuporis affectū ſentire poteſt) tum ſcire licet diſpoſitionē in muſculi neruis cōſiſtere: ſed ita cōſiſtere, vt ad paralyſim (id eſt reſolutionē) tēdāt. Quippe ſtuporis diſpoſitio, inter reſolutionē, & integrā valetudinē media eſt. At pulſus cum dolore factus, ſequitur inflāmatorios affectus notatu dignos, idq; ſemper in ipſis arteriis, atque in cōtinētibus ipſas partibus, quas & ob anguſtiā premunt, & quum attolluntur, modo pars affecta

Οἴδημα enim apud Hip. & veteres omnē tumorem præter naturam notat.

Inflāmatorius affectus.

Paralyſis reſolutio.

Peripneumonia. *Pleuritis.* *Alias oſsibus.*

Media pars quæ muſculis intercoſtalib. aſſidit non coſtis.

Pulſatorius dolor.

affecta ſentire nata ſit, veluti percutiũt. Ergo neque in peripneumonia, neq; in pleuritide dolor pulſatoriꝰ euenire poteſt, idq́; ob partiũ naturam. Namq; pulmo ſenſum non habet, pleuritis verò membranę coſtas ſuccingẽtis, morbus eſt: quæ vbi coſtis quidem vicina eſt, neceſſariò comprimitur. At media ipſius pars comprimi nõ poteſt, ſed inflãmationis duntaxat ratione dolet. Atque in hoc ſpacio arteriæ ſunt: quæ per intercoſtalia vocata ſpacia, & ꝑ craſſas, laxáſque laterũ partes extẽdũtur, ac in profundo magis deliteſcũt, & ſuccingentẽ coſtas tunicam haudquaquàm attingunt. Harum igitur arteriarũ motꝰ in pleuritide ab ęgrotante, ſenſu non percipitur, tantum abeſt vt ei dolorem inferat. Nam inflãmatis interdum intercoſtalibꝰ muſculis arteriarũ eleuationẽ dolorem inferre neceſſe eſt. proinde laborãs ipſum facile percipiet atq; pro inflãmationis magnitudine, ſentiet in parte inflammata pulſationem. Ob hanc quoque cauſam vbi vehemens fuerit pulſatio, ſuppuratur inflãmata particula, cõſequẽte ſuppuratione ingentes duntaxat inflãmationes. Conſtat igitur ex his quæ iàm diximus, quòd pulſatoriꝰ ſiue pulſatiuus, à Medicis vocatus dolor, per inflãmatorios affectus fiat, atq; in corporibꝰ ſenſibilibus: idq́;

vel

vel per ſe, vel propriè, vel primario affectu in arteriis (nominet enim qlibet vt voluerit) in reliquis verò partibus ſenſibilib⁹ omnibus, per cõſenſum, eò quòd à vicinorũ contactu premantur. Quare neq; in hepate neq; in renibus vnquã huiuſmodi pulſatio apparet: quoniã nullus per totũ corpus ipſorum neruus diſperſus eſt, neq; etiã per pulmonem. Quocirca grauitas in ipſis ſentitur, quum tumoris præter naturã genus aliquod ea infeſtauerit. Nam in horũ viſcerũ quolibet, adiacens membrana per quã neru⁹ diſpergitur, ſenſu potitur. Quia verò à tumore qui eſt in viſcere, ipſa extẽditur, doloris ſpeciẽ appellatione dotauit. Proinde Hippocrates primus omniũ ſcripſit: In renem dolor grauis. Poſt hunc verò optimorum Medicorum nõ pauci, nõ acuti doloris, ſed grauitatis ſenſum in prædictorũ viſcerũ inflãmationib⁹ fieri dixerũt. Enimverò mẽbranas vt quibus nullę ſunt arteriæ, nõ pulſare rationi conſentaneum eſt, quemadmodum neq; cutem, etiãſi vehemens aſſit inflammatio: atque eadẽ ratione, neq; adenes, quibus nullę ſunt arteriæ. Etenim huiuſmodi partes, quũ inflammatę ſunt, vnico dũtaxat doloris modo vexantur, extẽſionis. Quippe huiuſmodi doloris ſpecies, à nullo ſentientium corporũ,

Hippocr. libr. epid. 6. par. 1.

Extenſiuus dolor.

in inflammatoriis diſpoſitionibus ſeparari poteſt. Reliquę verò doloris ſpecies, quibuſdam partibus accidere poſſunt, quibuſdã non poſſunt. Igitur meminiſſe eorũ ſemper oportet, ac cognoſcere ſingulorũ locorũ naturã: quinetiã intueri, quis vnicuique parti modus doloris peculiariter cõueniat quis verò cõtra. Proinde reſumẽtes rurſus ipſos dicamus.

Doloris modi.

Quippe vn⁹ doloris modus eſt, qui per inæqualẽ intemperiẽ in affecta parte cõſiſtit, vt nulla re ipſam extrinſecus attingente. Alius qui ob tenſionem fit, non ſoli affectæ parti proprius, vt qui vicinas partes interdũ afficiat. Eſt item dolor qui à tangẽtibus dũtaxat, in affecta particula generatur, quũ videlicet vel cõpreſſa, vel contuſa, vel à re quapiã ſuperueniẽte vulnerata dolet. Atque is doloris modus, qui à motu procedit, quẽadmodũ paulò ante de arteria dictũ eſt, à re quadã media dolorem efficiẽte pendet, etenim quæ per ſe mouetur pars: tenditur: & ad vicinas accedens comprimitur interim, & cõtunditur, & vulneratur. Si verò nulli inciderit, eã ſola tẽſione, dolere neceſſe eſt. Veluti partes omnes ab aliis motæ, ſi nihil extrinſecus ipſas tãgat, nullo, præter eũ qui neceſſari⁹ eſt, dolore afficiuntur. Cæterùm alibi me frequenter dixiſſe memini, primas doloris ſpecies

ſpecies duas eſſe:quum affatim temperies alteratur, atq; quum ſoluitur continuitas. Quæ cũ iam dictis haudquaquã pugnare vidẽtur. Nanque pars intẽta, aut cõpreſſa, aut contuſa,aut vulnerata,dolet ob continuitatis ſolutionẽ. Neque enim quum acu quiſpiã vulneratur, alio affectu laborat,q̃ ſi ab acri humore facta fuiſſet eroſio, vtpote per vtrũque affectũ corrupta cõtinuitate. Igitur non eandem doloris ſpeciẽ excitant,mordax humor,& plurimus.Nam ille rodendo dolorẽ excitat, hic verò tendendo,flatuoſi ſpiritus exemplo ac veluti vrina veſicã intendit quũ nõ redditur.Verùm in eryſipelate,& inflammatione,atq; in totum in affectibus inflãmatoriis, nõ ſolùm quia intentæ ſunt[ob repletionẽ]partes laborãt,verùm etiam quia intẽperie affectæ ſunt, ac ne hac quidẽ exiguam , ad dolorẽ inducendum,vim habente.Id quod declarant hi,qui per vehementem hyemẽ profecti, manus ad ignẽ affatim calefacere tentant:intolerabilem nimirum ſentiũt dolorem,& quidẽ maximè in vnguium radice. Porrò memini,mihiipſi accidiſſe dolorem vehemẽtiſſimũ, vt mihi viderer in intimo vẽtre terebro pforari, in eo potiſſimũ ſpatio, per quod à renibus ad veſicã vreteras ſcim⁹ extẽdi.Iniecto deinde rutaceo oleo,

Vt libr. de inæquali intẽperie, et libro de ſympt. 4. & libr. de victu acut. cõ. 1.

Galeni colica.

Vitreus humor.

Galenus deceptus.

Dolores colici.

quum id paulò pòſt excernere tentarẽ, excreui ſimul grauiſſimo cũ dolore, humorẽ vitreum à Praxagora appellatũ, quippe vitro fuſo, tum colore, tũ ſubſtãtia, haud abſimilis erat: atq; id aliis quoq; accidere cõſpexi. Quòd verò hic tumor ſit frigidiſſimus, iam à Praxagora dictũ eſt, qui ob hoc vitrei nomẽ ipſi ĩpoſuit. Id enim haud obſcurè percipitur ſenſu tactus tum ipſorũ qui illũ excernunt, tum aliorũ ſi quis cõfeſtim ipſum tãgere voluerit. Sed dignũ vtique admiratione eſt, quomodo frigidꝰ excidere poſſit, neq; ab excretionis violẽtia quũ excidit, calidus euadat. Equidẽ putabã lapidem in altero vreterũ impactũ, adeò erat, vt mihi videbatur, doloris ipſius ſpecies ꝑforãti ſimilis. Atqui vacuato humore, doloreq; ſedato manifeſtè cõſtabat, neque lapidẽ fuiſſe cauſam, neq; in vreteris, aut renibꝰ, locũ fuiſſe affectũ, ſed in inteſtinis potius, præcipuè verò craſſioribꝰ. Neq; enim vt à tenui corpore, breui tẽporis ſpatio exire poterat, ſed à profundo quodã & quidẽ craſſiori corpore, quàm ſit tenuium inteſtinorũ tunica, ferebatur. Huiuſmodi dolores, omnes ferè medici colicos nominare videntur, quanquam ab ea parte qua dolor ſentitur, nullum indicium ſumi poteſt, quòd magis colon quàm tenue inteſti

num

num dolor afficiat. Nam huiuſmodi dolores, pinde ac ſi terebro partes perforẽtur, moleſtare ſolẽt, narrãtib⁹ ita infirmis. Sũt alij dolores per quos palus videtur infix⁹, qui & ipſi corpus affectum craſſum motu eſſe ſignificant. differunt autẽ inter ſe, aut multitudine, aut craſſitudine, aut motu, aut rei dolorẽ faciẽtis potentiâ ſiue ea humor fuerit, ſiue ſpiritus flatuoſus. quippe paucus plurimo, & tenuis craſſo, & ꝑmanẽs moto, minorẽ dolorem excitare ſolet. Atq; qui ad vehemẽtem refrigerãdi vim haudquaquam accedit, vehementiſſimè refrigerãte minus cruciat. Verùm hoc doloris genus, ad craſſum inteſtinum referendũ eſt, ſiue palum ibi infixum, ſiue terebro perforari locum quis putauerit. Atqui huiuſmodi dolores, ab eo quo lapis impactus eſt, diſcerni nõ poſſunt, niſi quis accidẽtia quę poſteà cõſequuntur expectauerit. Quãuis ob huiuſmodi ignorãtiã, quod ad doloris mitigationem attinet, nullã laboranti noxam inducamus. ſiquidem vtriuſque doloris præſidia, omnia communia ſunt, & quidem calorifica in primis, ſiue ea extrinſecus adhibeantur, ſiue iniiciãtur. Deinde niſi mitigatus dolor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorem obtundere poſſunt, aliquod adhibendũ eſt: cuiuſmodi eſt

Differentia dolorũ quadrifariam ſumitur.

Lapidis renũ, & colicæ incerta diagnoſis à principio.

Philonis antidotũ. Nephritidis nota. Vrina cruenta. Colicæ signa.

id quod à Philone institutum est. Verùm si lapis dolorem excitauerit, ipse interdũ solus, interdũ vnà cum cruore excernitur. etenim radit ea corpora per quæ trãsit maximè si vel asper, vel acutus fuerit lapis, ac si posteà vrinas inspexeris, sabulosa quędam subsidere inuenies. Quod si in colo affect⁹ constiterit, neq; lapis, neq; cruor, neq; arena, sed humor aliquis, qualis iã dictus est, subsidere videtur. Atq; alia quæ ad affectũ intestinũ pertinent, apparẽt accidẽtia. Protinus enim inflatio quędã, & distẽtio, & flatus cõplures † præsertim postmodũ, & tormina, & excremẽta flatibus plena videbũtur. Ea autẽ discernere licet, si super aqua natent, ac bubulo stercori similentur, quin etiam cibi tum cupiditas tũ cõcoctio deterior, tum quæ præcedit morbũ, tũ quę comitatũ quæque cõsequitur, propter cõsensum ventriculi: qui simul cũ ea patre quæ primariò laborat afficitur. Insuper colicos nominatos affect⁹, magna ex parte præcedit & cruditas & spirit⁹ flatuosus, & vomitus, & nausea q̃ multo tẽpore inanis pmanet, & ĩ pręcordiis mordacitas, & † fastidiũ & indigẽtia plurima. Igitur ex huiusmodi quidem doloribus, ij qui vehementissimi sunt, haud ab re ĩ crassis intestinis cõsistere putãtur: qui verò mitiores sunt, ex duobus alterum

† τεχὶ μᾶλλον ἐξύσισα.

† ἄσον τι καὶ ἀποσία, quib⁹ nontã fa-

ſtidium cibi, quàm quod implacidè & inconſtanter habēt, omnémque figuram corporis ſubinde variant, vt modò in dextrum latus, modò in ſiniſtrum decumbant, ac protinus in dorsū, aut ventrē iaceāt quod & ῥιπτασμὸν inde & δυσφορίαν vocant.

alterū neceſſariū eſt: aut quòd in his ipſis ſunt, ſed à leuiori cauſa: aut ꝙ in tenuibus cōſiſtant inteſtinis, ſed qui mordaces ſunt, à mordaci humore inteſtinū erodente, fieri ſolent. Vnde dyſenteriam ſemper huiuſmodi dolores præcedunt: vtpote per quam inteſtina exulcerātur, quàm vel ſolam, tū recentiores Medici, tū antiquorū non pauci, dyſenteriam nominant. Ex his nonnulli ſolùm hanc, ſed aliam quoque quæ cruenta, ob excretorū ſpeciem nominatur, dyſenteriam appellant. Nam interdū ſyncerus plurimúsq; ſanguis, interdum veluti limus & fæces ipſius non paruæ quantitatis excernitur. Verū hæc affecti iecinoris accidens eſſe cenſetur. Ea verò per quā ſyncerus multúsq; ſanguis excernitur, vniuersū corpus plerūq; euacuat, haud ſecus quàm hęmorrhoides, aut muliebre profluuiū. Verùm de his poſthac rurſus nobis agere licebit. Nunc ad dolorum ſpecies redire oportet, eas enim in hoc libro perſequi potiſſimum propoſuimus. Igitur iterum incipiamus ab eo dolore quem punctoriū vocāt, qui circa membranas potiſſimum cōſiſtit

Sanguis à toto corpore.

Hæmorrhoides.

Mēſtrua.

ipſius affectus veluti radice eo loco fixa, vbi mẽbrana pungitur: dolore verò circa locum punctum, ad magnũ ſpatium circulatim ſe fundẽte, atq; hoc modo in laterali morbo dolorẽ punctoriũ eſſe, & inflammatione pulſatiuum, apud omnes ferè medicos in confeſſo eſt. Non tamen hæmodiæ, id eſt, dentiũ ſtupori, ſimile quid dolor mẽbranoſorũ corporũ habet (vt Archigenes ſcripſit.) haud enim ignoramus ori duntaxat, neq; toti tamẽ ori, eã accidere: ſed dẽtes, gingiuasq; infeſtare ſolet affect⁹ quidã, quẽ hæmodiã vocamus, hãc verò oratione quidem enarrare impoſſibile eſt, ſed cùm quiſpiã & auſteros, & acidos cibos ingeſſerit, ita vt affectus aliquis ſequatur in dẽtibus, & gingiuis, eũ in oĩbus eundẽ eſſe credimus, ſiquidẽ videmus nos magna ex parte ſimiles eſſe in affectib⁹ tolerãdis, ita vt ab iiſdẽ cauſis, eadẽ ſuſtineamus. Talẽ quidẽ dolorẽ in ore duntaxat fieri ſcimus. Sunt alia dolorum genera ab Archigene perſcripta, quæ neque dum fiunt cognoſci, neque dum proferuntur intelligi poſſunt, veluti holcimos (id eſt tractori⁹) auſterus, dulcis, leuiter acut⁹, † ſalſus viſcoſus, ferus, ſtringens. Atque huiuſmodi nomina in libro de Pulſib⁹ ſcripta poſteritati reliquit, quæ auditores nihilo doctiores reddere

poſſunt

Dolor pũctorius.

Pulſatiuus dolor.

Hæmodia Stupor dẽtiũ.

† Græcè eſt ἀγκύλον.

Copus videtur legiſſe ἁλικὸν.

possunt, eo ꝙ doctrina quęque propria desyderat nomina. Si enim de saporibus aut omninò de ꝓpriis quæ lingua iudicantur disseramus, dicemus vtiq; austerũ, & acerbũ, & stringentẽ, & mordacẽ, & salsum, & dulcem, & amarũ. Si verò de his quę tactu iudicantur, humidum corpus, & aridum, & calidum, & frigidum, & asperũ, & leue, & molle, & durum, & acutum, & obtusum. Haud secus de his quæ visu discernuntur, rubrũ, flauum, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiã huiusmodi. Quòd si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas auditorũ intelliget nemo, veluti de adstringente, aut austero dolore. quippe fieri non potest: vt q̃d sit dulcis dolor, intelligatur. Nã dolor semper molestare laborantẽ solet, atqui dulcia quæq; iucũda sunt. Igitur quàm verissimũ est, Archigenẽ circa medicæ artis opera fuisse studiosum: quo pacto tamẽ in huiusmodi nomina inciderit, quũ sæpenumero inuestigauerim, inuenire nõ potui: Videamus ergo quid manifestè ex ipsis colligere possimus, veluti paulò antè de torpido labore iam fecisse videmur. Nã iustũ est vt obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputẽtur, ꝑinde ac si nũquã scripta fuissẽt. Quę verò clara sunt, iudicẽtur nõ ratione dũtaxat, sed multò etiã prę-

Nomina dolorum.

cedēte experimēto, quāquam huiuſmodi iudiciū ꝑdifficile eſt. nā plerunq; aliis nos credere oportet, qui ſuos affect⁹ ob animi mollitiē, neq; cōſequi planè, neq; ſi conſequātur, eos enarrare poſſunt: aut quia oratione quid patiātur: declarare omninò ne queunt (quippe nō paruæ facultatis ea res exiſtimatur) aut quia affect⁹ ipſe ineffabilis eſt. Ergo relinquitur, ꝙ nemo ſingulorum dolorū ſpecies cōſcribere poteſt, niſi ipſemet paſſus fuerit, ſicq; Medicus, q interpretādi aliis facultatē habeat, & q prudēter, & ſine mollitie, cōprehendere poſſit ſuos affectus, dū laborat. Atqui nemo inuētus eſt qui ꝑ totū ætatis ſuæ decurſum, oēs affectus ſuſtinuerit, etiāſi perquā morboſus fuerit. Proinde non poſſum mirari, quū eorū proprietates ab Archigene ſcriptas lego, ita ſcilicet ipſo narrante, tanquā oēs paſſus fuiſſet quāquam non admodū morboſus erat Archigenes. Si enim vnā aliquā partem, & infirmam, & morbidam habuit, nō protinus omnibus laborauit: velutinec reliquorum mortaliū vllus. Neq; eim inuenire eſt hominem eundem, qui ſimul & caput habeat infirmū, & thoracē, & pulmonem, & hepar, & lienē, & vētriculū, & inteſtinum ieiunū, & colum, & veſicā, atq; reliquas id gen⁹ partes. Videtur itaq; Archigenes

genes

genes propriis quibuſdam conſiliis, & quidem dialecticis potius, quàm affectuū ipſorum experientiâ fulcitus, pro viribus dolorum ſpecies explicare voluiſſe.

Quòd ea quæ ab Archigene dicta ſunt, aliqua verè, & abſolutè, & clarè: alia omnino obſcurè, imperfectè, indiſtinctè, & falsò dicta ſunt.

CAPVT II.

VErùm vt ſtudioſi maiori à nobis copia dotati recedāt, propoſita eius oratione, eos qui in arte exercitātur, moneo & hortor, vt quę planè vera ſunt, ea duntaxat eligant, ipſisq; credant: quæ verò ab iis abhorrere videbuntur, ea præteriri oportet. Igitur Archigenes quū reprehēdiſſet Aſclepiadem dicentem in articulari morbo neruum affectum, dolore haudquaquam cruciari, quod nihil omnino ſentiat: carnē autem, quanquam nō affectam, dolere tamē, vtpote à parte vicina compreſſam. Poſteà
,, ad verbum ita ſcribit: Porrò vaſa vehemē-
,, ter compreſſa, capitis dolores, ſine inflam-
,, matione obortos arcēt, veluti prohibita in
,, ipſa incurſione, id quod barbaricum vincu
,, lum tum maximè perficere poteſt. Sphace-
,, lodes verò altera capitis parte dolores diſ-
,, ſectio eorum, ſed maximè arteriæ circun-
,, ſcribit. Quæ primò affecta, pulſatorium

Archigenes.

Βαρβαρικὸς διαδεσμός.

Nā in remediis cephalalgias vincula ſunt inducta fronti & tēporibus.

pene

penetrantemq; dolorem inducit,ac rotũda euadit,horrorẽ planè excitãs, quẽadmodũ venę quędã in varices degenerãt.Nerui verò intorti diſtendũtur, ac indurantur, atq; hi torpentes inferũt dolores,dura diſtẽtione cruciãtes,& profundos,& infixos,& anguſtiæ plenos,& minimè fuſos.Membranę in latum diſcurrẽtes, & inæquales dolores excitant,atq; crebro ita laborant,vt hęmodiæ,(id eſt dentium ſtupori)ſimile quidpiã habeant,trãſmiſſionis videlicet aſperitatẽ. Ita ſuperficies quoq; & membranæ in media carne contentæ,quę dilaniantes quoq; dolores inferunt. Dolores verò à membranis oſſa circundantibus depẽdentes,perinde affligere compèriuntur, ac ſi in oſſibus ipſis conſiſterẽt:A venis, graues &*deſcendentes,& æqualiter infixi dolores ſuſcitantur. A carne autem, & fuſi & laxiores, quapropter non adeò extendi videntur,ſed arbitratur laborans ſenſum aſperis quibuſdã rebus impleri. Muſculi carnis neruorumq; mixtura tanquam propria ſubſtantia cõſtituti,arteriarum quoq; in doloribus mixtionem præ ſe ferunt, ſtringentes (vt ita dixeris)& cũ capaci latitudine intenti & torpidè ſalientes.Ex reliquis verò vlceroſus quidam dolor, & in vlceribus leuiter acutus, & maximè dulcis,& qui pruriginem indu-

*Καθέλκοντες.

cere

,, cere poteſt, ad ſuperficiē pertinere videtur. ,, Punctorius autē profundas partes infeſtat: ,, infixus aũt, cum ſinus acceſſerit. Stimulans ,, autem, partim eorum quæ in loco ſunt, aliquid affectũ eſſe declarat, partim cõtra, vtpote qui haudquaquã profundas partes occupat. Lacerãs autē eſt, qui in ſinu cõſiſtit. Hic eſt primus Archigenis ſermo ex libro primo de Locis affectis, quo docere conatur quomodo ex dolorũ differentiis partes affectę poſſint inueniri. Igitur rurſus ab initio ipſum examinemus, nõ obiter & trãſcurſim. Sphacelodes (inquit) hemicranias, vaſorũ diſſectio intercipit. Igitur quos dolores nominet ſphacelodes, inuentu difficile eſt. nõ enim inter omnes cõuenit, quid hęc vox (ſphacelos) ſignificet. Sunt enim qui dicũt ipſam vehementē dolorē declarare, alij tantũ inflãmationis exceſſum: vt partē ad corruptionis periculũ inducat, quæ diſpoſitio à nõnullis gãgręna appellatur. Alij partis affectæ corruptionem ipſam, ſphacelon dici volunt, Alij conuulſionē, Nõnulli non eam quæ fit conuulſionem, ſed quæ ex inflãmationis magnitudine expectatur, Alij non ſimpliciter cõuulſionem, ſed neruoſorum corporum quæ inflammatione laborant, Alij ſimpliciter fortem tẽtionem, alij putredinē. Ergo vocabulum ſphacelodes, in

Sphacelos vide Gal. libro 7. aph. 51.

Gangræna.

in iam propoſita Archigenis oratione ſcriptum, ad tantā peruenit obſcuritatē, vt nihil per ipſum explicari poſſe videatur, ipſo nuſquàm in aliis libris Medicorū nominū *Circūſcribere.* enarrationem conſcribente. Per verbū autem circūſcribit, fortaſſe intelliget quiſpiā ab eo, veluti celeriter & ex toto ſanari: ac ſubiiciamus vt ita dicatur. Nā quid facere poterit is, qui intelligere cupit ea, quę ne is quidē qui ſcripſit, intelligi voluit? Deinde pulſatorium, & turgidū dolorem, arterias inferre dicit, cùm ipſæ videlicet per ſphacelodes altera capitis parte dolores primogenia affectione laborāt. In primis itaq; *Pulſatiuus dolor.* qualis ſit pulſatorius dolor enarrare tētemus, quamuis ante noſtrā enarrationem, omnibus medicis notus ſit: ſiquidem ingentium inflammationū accidens ipſum eſſe perhibent. *Dolor pertendens.* Pertendens autē dolor eſt, qui à parte primario affecta, veluti à radice incipiēs celeriter in partes adiacentes trāsfertur. Id verò non ſolùm in hemicrania vehemētiſſima, vt Archigeni placuit, ſed in cephalea quoq; vocata, euenire ſolet. Etenim in hac nonnunquam arteriæ primario affectæ huiuſmodi (qualem dixit Archigenes) dolore vexantur. Ita vt fateantur nonnulli, vaſorum ipſorum ſe dolorem ſentire, id interpretari tentans, arteriam ſubhorrentem,

fieri

fieri notundã dixit. Igitur inquirendũ eſt, vtrũ veluti per ſphacelodes hemicranias, arterias ita affici dicit, ad eũdẽ modũ de venis eum ſenſiſſe exiſtimandũ ſit, quòd per hunc ſolum morbum, varicum exẽplo obtortæ ſint, an commune ſit accidẽs venarũ, vel quomodolibet affectarũ, vel duntaxat inflammatarum. Ex eo enim quòd ſermoni de venis, iungit ſermonẽ de arteriis: par eſt, vt coniiciamus, de eodẽ affectu ipſum fuiſſe loquutũ. Ex eo autem quod mox in vniuerſum de neruis, atq; de aliis huiuſmodi partibus ſcribit, non adaptans vni morbo ſermonem, eadem ratione putandum eſt, itidem de venis quoque fuiſſe dictum. Itaque in hac ambiguitate ſatius fuerit, vt exiſtimemus in eo ſermone quem de hemicrania cõſcripſit, ſimul cum arteriis, ipſum venarum quoque mentionem feciſſe, ſimpliciter verò reliquorum inſtrumentorum ſine vllo diſtincto affectu, neque in neruis, neq; in iis partibus, quæ illos deinceps conſequuntur, in quibus dixit venas graues, ac detrahentes, atque æqualiter informatos dolores inferre. Verùm hæ nonnihil ambiguitatis continent. Quòd verò deinceps ſequitur, vbi dicit: Nerui verò diſtẽdũtur, & manifeſtè cõtorti indurãtur, recedit enim ab hemicranica diſpoſitione, definiens id,

in vniuerſum ad neruos quomodolibet affectos pertinere, quod planè mendaciũ eſt. Neq; enim quilibet neruorũ affectus, ipſorum eſſentiã indurat, atq; intorquet. Sunt enim nõnulli, per quos laxiores euadũt nerui quemadmodũ per atrophiã manifeſtè. Quinetiã ſæpenumero nullam ſenſu perceptibilẽ habent differentiã, ita vt exquiſitè ſani videantur, nihilominus neq; ſenſum neque motũ præſtãt ſubiectis corporibus. Itaq; in ſolis fortaſſe inflãmationibus, aut inflammatoriis morbis, aut præter naturã tumorib⁹, dixit neruos & indurari, & intorqueri, quandoquidẽ in iis quidẽ manifeſtè apparet neruos intẽdi. Nã & laborantibus ipſis & nobis aſpiciẽtib⁹, intẽti nerui apparent: quapropter niſi curentur, & cõuulſiones & diſtenſiones ad ipſos ſequũtur. Atq; omnium quæ in tumorẽ attolluntur, commune accidens eſſe videtur vt intẽdantur. Nã & arterias, & venas, inflãmatione affectas manifeſtè intendi vidimus: venas quidem, vbi per ſumma membra orta inflammatione, bubon exurgit. Plerunq; etiã totum vas intentũ videtur, ac ruber magis, & calere, atq; maiori dolore (ſi tangatur) affectum, vt ſit manifeſtum totum inflãmari, incipiẽdo ab ea parte quę primario affecta eſt, vſq; ad alas, & inguina. Proinde recte

Tenſio cõmune ſymptoma eorum quæ extumeſcunt.

Inflămationis accidentia.

dixerunt omnes ferè medici, inflammatis partibus accidit vt rubeſcant, tendantur, remittantur, intumeſcãt, & doleant. Verũ (vt diximus) non omnibus, ſed his dũtaxat accidit pulſus, quæ arterias habent notatu dignas, & partẽ ſenſu prædità, aut vbi ad notabilem magnitudinem inflãmatio attollitur: tunc enim pulſatoriũ dolorem ſentiũt laborãtes, vel nullo exiſtente ſenſibili vaſe in affecto corpore. Sed interrogabis me fortaſſe, quę ſint ſingulorũ inſtrumẽtorum propria accidentia? Id verò iam antea neq; ſemel dũtaxat explicatũ eſt, quòd videlicet propriæ actionis noxa, qualicunq; ſit ſpecie, cuiuſlibet partis proprium eſt accidẽs, Neq; enim aliud eis ex neceſſitate accidẽs, neq; etiã noxarũ differentię exiſtunt. Nam differentiæ quidẽ variãt, pro affectus, tum ſpecie, tũ magnitudine: Accidentis verò ad vitiatã actionẽ pertinentis, ſiue genus, ſiue ſpecies, aut vtcũq; nominare volueris ſemper permanet. Cęterùm ſatius fuiſſet Archigenẽ, qui omnia, via & ratione ſe explicaturum profeſſus erat, abũdãtius hæc perſequi, pręſertim cũ ab aliis negligẽtius eſſent tradita: quorũ non pauca, in plurimis aliis libris conſcripſimus, quẽadmodum & poſt hac deinceps dicẽtur: ſed breuiori quidem compendio, ea quæ exactè alibi fuerunt

exarata: lõgiori verò diſputatione hîc tractabuntur ea, quæ alibi breuiori ſtylo percurrimus. Nunc verò reliquas dolorũ differentias, quarum in præſcripto ſermone Archigenes mentionẽ fecit, perſequamur. Quod enim peccauerit, dicens torpidos dolores neruis euenire, quodq́ue ſtupor non vnius cuiuſpiã partis ſit affectus, ſed cauſæ potius, ac diſpoſitionis rationem habeat, iam antea dictum eſt. Quod verò dolores durè diſtendẽtes in ipſis fieri dicit, rectè dictum eſt: quanquàm melius erat, ſi ſimpliciter dixiſſet, diſtendentes nõ addendo durè. Nam neruorum dolores, vtrinq; vehementer diſtẽdere poſſunt: quia ad vtraq; extrema tenduntur, tum id à quo incipiunt, tum illud in quod finiũtur. Nõ ſecus quàm chordæ in cithara quæ ſæpenumero, vbi nimis intenduntur, diſrũpi ſolẽt. Quapropter citharistæ, quum inſtrumenta ſua poſt vſum reponere voluerint, chordas relaxãt. Nam

Neruorũ distentio.

planè conſtat eas à cõtrariis, tũ cauſis, tum diſpoſitionibus intẽdi, ſiue humidus fuerit ambiens aër, vt rigare ipſas & implere poſſit, ſiue vehementer aridus: ab vtraq; enim ambientis aëris temperie, ad vltimã tenſionem perueniunt, vnde nõ mirum, ſi rumpãtur. Proinde rectè dixit Hippocrates neruorum conuulſiones & à plenitudine & ab

Hippoc. libro 6. aphor. 39.

in

inanitione euenire vtpote per quas nerui immodicè ſcilicet tendũtur. Sed ꝙ profundos dixit eſſe dolores, id ab accidentibus, quę plurimis ex neruis eueniũt, ſumptũ eſt. Etenim quum venæ quidem ſemper priores in ſuperficie ſint, deinde poſt eas arterię, quibus poſtea nerui ſubduntur, idcirco laborãtes tenſionẽ in imo ſentiũt: quãquã multi tendones (qui ob id, quòd neruoſa ſunt corpora, à nõnullis plane nerui nominãtur) non profundos, ſed in ſuperficie dolores habent, ſi quando ipſos quoq; ſic intendi contigerit, vt ſunt illi qui digitos extendunt: ſunt autem & qui illos incuruant in ſuperficie quidẽ, ſed non ſimiliter vt extendentes. Porrò Archigenes neruorũ dolores infixos eſſe dicit, quũ huiuſmodi doloris ſpecies, vt antea diximus, ad colõ magis pertineat. Atq; accidit etiam auri, cum quadam pulſatione, atq; dentibus molaribus, quinetiã oculis, ſed infixus dolor neruis minime euenire poteſt: etenim magna ex parte vtroque extenduntur, & ad ſupernas, & inferiores animantis partes. Quòd verò deinceps ab Archigene dictũ eſt, neruos, anguſtię plenos habere dolores, inepte quidem dictum eſt. Nam nihil amplius declarat, quàm quum dicit & minimè fuſos: re vera enim minime fuſos idẽ eſt, quod in

Dolor profundus.

Ordo vaſorum.

Dolor infibulatus Archige.

Dolor anguſtiæ plenus.

latitudine porrectos dolores nerui non habent,ſed magis quodãmodo circũſcriptos, vtpote perueniẽte ipſorum tenſione, & ad ſupernas,& ad inferiores partes,magis verò ſurſum vſq; ad caput. Ac tũ primũ ipſos vniuerſi corporis,& conuulſiones,& diſtẽtiones comitantur,nulla nerui tentione huiuſmodi accidentiũ aliquod inducere potẽte,antea quàmcaput ipſum attingat.Poſt hæc cõſequẽter ſcripſit Archigenes de mẽbranis,quod in latitudinẽ perueniant ipſis dolores quum afficiũtur, quod quidẽ verũ eſſe fatemur: quòd verò aliquid hæmodiæ (id eſt dentium ſtupori)ſimile habeãt, non eſt verum,vt antea dictum eſt. Neq; etiam in totum verum eſt,quòd membranarũ dolores ſint inæquales: ſiquidem contrarium magis veritati cõſonat: quippe ex propria ratione,vidẽtur æquales inducere dolores eo quòd vniuerſum ipſarũ corpus, æquale eſt.Nam ꝙ ob communicationem cum vicinis,inæqualitatem quandam afferunt,id interdũ per accidens euenire ſolet. Quum enim ad affectam ipſarũ partem,circuniacentes & ducuntur & tendũtur, diſſimilem fieri dolorem neceſſe eſt.Vbi enim intenta particula acutiori ſenſu eſt,ibi dolorevehemẽtiore cruciãtur. Vbi verò ſenſum habet hebetiorẽ,ibi minus dolẽt.Atq; ex eo quoque

Dolor circa membranas.

que

que quòd quæ tẽditur mẽbrana, os ipſum vel attingit, vel nõ attingit, nõ ab re dolorum differẽtia deprehẽditur. Atque hac ratione nonnulli pleuriticorũ, iugulum dolent, porrecta in hũc locum membrana coſtas ſuccingente. Aliquando tamen non ad iugulũ, ſed ad præcordia dolor trãſit, percepto ipſius ſenſu in ſepto trãſuerſo, (vtpote quod neceſſariò mouetur, quum pleuritici reſpirant) magis, quàm in cæteris thoracis partibus. Quũ enim veluti radix doloris in latere cõſiſtit, tum laborãtes, muſculis qui illic ſunt, reſpirare pigritãt: quare tum ſoli ſepto tranſuerſo, natura reſpirationis officiũ cõmittit: quemadmodũ in bene valentibus, qui libera vtuntur reſpiratione, contingere ſolet. Igitur quũ in partibus laterũ infernis, oritur inflammatio, ſeptum tranſuerſum intentum, magis dolet: quum verò in partibus ſupernis, tum iugulum potius dolor infeſtat. Cæterùm ſeptum tranſuerſum, quia mouetur: iugulum autẽ quia durum eſt, dolorẽ efficit. Vbi verò ingens in hepate oritur inflammatio, aut vbi ipſum induratum eſt, dolor qui tum iugulum in dextra parte infeſtat, concauæ venę magis, quàm membranarum tentionem ſequitur. Quum autẽ dixit, hoc modo ſæpenumero ſuperficiem quoque ſeparatim dolere, pla-

Pleuritici.

Videtur hæc etiam Gal. ſententia.

Quum autem dixit hoc modo sæpenumero superficiem quoque separatim dolere, vt in superficie qualitas atque proprietas doloris membranarum referatur, apertè ostendit vnde commotus dixerit, membranas habere dolorem similem hæmodiæ

Fallitur Archigenes qui epidermidis & generis mẽbranarum quæ musculis intertextæ sunt eãdem proprietatem doloris & qualitatẽ faciat.

nè declarat id esse, quũ membranę affectũ quempiam habent. Vnde Archigenes dixit ipsas dolores habere hæmodię nõ dissimiles. Quia enim simul cũ hæmodię proprietate, stuporis etiam sensus percipitur, perinde ac si ab eadẽ causa vterq; affectus fiat: membrana aũt quę in superficie cutis, substrata est, sępenumero stupẽti dolore afficitur, vtpote qui ab externis causis, & quidẽ frigidis, celerius noxã subit. Idcirco deceptus Archigenes dispositionis cõmunitate cæteras mẽbranas hæmodiæ simile quidpiã habere dixit, ac sæpenumero superficiẽ quoque, non secundum affectæ particulæ essentiã facto dolore sed ob membranarũ ipsarũ essentiã, quę exãguis est, & frigida, quapropter facilè à frigidis affectibus infestantur. Quia verò affectũ ipsum huiusmodi dolores comittãtur, idcirco sæpenumero dixit fieri huiusmodi dolores, nõ veluti per affectæ particulę essentiã. sic enim inseparabiles essent, sed per accidẽs superuenientes. Substrata igitur cuti mẽbrana, quæ cũ ipsa simul excoriatur, dolores facit tẽsiuos

&

& torpidos: mẽbranæ verò quæ in media ſunt carne, veluti diuellentes dolores excitant. ſunt enim plurimæ & inæquabiliter inſitæ, atq; eam circundantes. Quúmque aliquando ex contrariis ſecundum naturã tendi carnẽ contigerit, huiuſmodi dolores euenire neceſſe eſt. Sanè à multis exercitationibus, aut tẽſiui, aut vlceroſi ꝓueniũt dolores, qui totos muſculos occupare conſueuerunt, inter quorum partes, carnes quoq; numerantur. Verùm de huiuſmodi doloribus ſatis in Salubrib⁹ præceptis iam dictũ eſt. Sed quod mẽbranarũ quæ oſsibus adiacẽt dolores, & profundi ſunt (id eſt in intimo corpore ſenſum excitãtes) & oſsium ipſorum, veluti dolentium, inducũt imaginem, haudquaquã mirandum eſt. Nam ij à quãplurimis oſtocopi (id eſt oſsium labores) nominãtur, & magna ex parte ab exercitationibus euenire ſolẽt. quamuis interdũ vel à frigore, vel à plenitudine, fieri poſſint. Inſuper venas dixit graues, & detrahẽtes, & æquabiliter infarctos ĩferre dolores. Verùm ab initio, vbi hemicraniȩ mẽtionẽ fecit, venas veluti varices ĩcuruari ait. Ergo in hoc ſolo fortaſſe accipere oportet, ipſum hoc dicere. Atqui ſcire licet ꝓpriũ arteriæ venæq; dolorem, extenſi ſecundũ longitudinem corporis, veluti chordæ cuiuſdam

Membranarũ oßibus adiacẽtiũ dolores.

Oſtocopi.

Vide Aetium lib. 4. ca. 39. Gal. 3. de ſan. tu.

ſpeciem referre, nulla vtiq; grauitate ſimul apparẽte. Aequabiliter autem infigi venarum dolores, admodũ obſcurum eſt: quippe infigi, ad nihil quod ipſis accedere ſolet, referri poteſt. Deinde de carnib⁹ dicit, ꝙ & fuſos, & laxiores inducãt dolores. Atqui in totum nullus dolor laxus eſt, niſi eos fortaſſe, qui minus intẽduntur, laxiores vocitet: quoniã & vaſorũ, & membranarũ dolores, magis intendi videantur. Id enim confitetur, eos non adeo extentos conſpici, ob hoc quòd carneæ muſculorũ partes, breuibus lineamentis continentur. Sed id quod deinceps ſcribit, videri tactũ, veluti aſperitatibus quibuſdã plenũ, an propriè ad dolores, qui in carnibus conſiſtunt, pertineat, inquirendum eſt. Nam quòd interdum aliquid huiuſmodi ꝑ ipſarũ dolores eueniat, à veritate haudquaquã abhorret. At quia nõ ſemꝑ euenit, ſed facta ab ipſis vt plurimũ, certa quadã diſpoſitione, nõ ꝓpriè ad ſubſtantiam earum referendũ neque ſimpliciter intelligendũ eſt, eam diſpoſitionẽ eſſe affectũ inflammatorium, ſed qui cum humore fit, exaſperare ſuapte natura potẽte. Porrò deinceps de muſculis ſcribẽs Archigenes, eos carnis neruorũq; mixtã proprietatem referre dicit, tanquam peculiari ipſorum eſſentia ex his cõſiſtẽte. Addit verè

Dolor laxus.

Dolor carnium.

Muſculorum compoſitio.

rè

rò arterias,quoniá in ipſis inueniũtur. Atqui hoc pacto,venas quoq; dicere debuit, atq; membranas. Vocabulũ autẽ † aſtringẽtes,patrio ſermone de his dicitur, q quã quam pleni ſunt, à bono tamen habitu nõ aberrant,atque idcirco de iunioribus duntaxat dici conſueuit:de ſenibus verò minimè,quòd nõ poſsit ipſorũ corpus,boni habitus plenitudinem ſuſcipere. At verò in quam rem hoc vocabulum Archigenes referre velit,inuenire non eſt facile,maxime quia cõfundere,& corrũpere ſolet patriorũ nominũ ſignificata. Quòd ſi aſtringentes, de iis dici intellexeris partibus,quæ à plenitudine intẽdũtur:non propriè ad muſculos,ſed cõmuniter ad omnia repleta corpora pertinebit.Quũ verò eos capaci cũ ſpacio extẽdi dixit, puto ipſum hanc à neruorum plenitudine voluiſſe ſeiungere. Torpidè autẽ pulſare,haudquaquàm fuiſſe rectè dictũ,iam antea declaratum eſt. Reliquorum verò dolorũ,vlceroſus, inquit, leuiter acutus eſt. Eſt autẽ hæc quoque oratio obſcura,neque per ſe quicquã docere poteſt, haud aliter quàm cæteræ ipſius obſcuræ orationes, quas ne enarrare quidẽ poſsibile eſt : niſi quis rem ipſam per ſe intelligens, eam orationi adaptare conetur. Quũ itaque ſciueris,tũ medicos , tum gymnaſtas,

† Σφυγγῶντες, non σφίγγοντες, verbum dictum de robuſto habitu, vigore & feruore ætatis.

Torpidè pulſare. Vlceroſus dolor.

eos dolores vocare vlceroſos, per quos inter mouendum: vel tangẽdum, laſſatis partibus ſenſus excitatur, qualis in vlceratis partibus percipi ſolet, facile intelliges per

Dolor leuiter acutus.

dolorẽ leuiter acutũ, huiuſmodi quãpiam ſpeciẽ ſignificari, qualis ab acutæ acus punctura fieri cõſueuit. Ergo cõſtat ipſum, neque cõtinuũ eſſe, neq; ęqualiter per omnes

Dolor dulcis.

partes porrectum. Hunc itaque dulciorem eſſe dicit, quum dicere deberet imbecilliorem, aut obtuſiorem, aut non vehementem aut minus moleſtũ, aut id gen⁹ aliud quidpiam. Nihil enim quod moleſtum eſt, propriè dulcius appellari poteſt.

Prurigo.

Id autẽ quod dicit, & pruriginem inducere poteſt, inarticulatè dictum eſt: quippe haud obſcura eſt inter pruriginis ſenſum, & vlceroſam diſpoſitionẽ differentia. Verùm quia crebro pruriginoſa diſpoſitio vlceroſam antecedit, atq; ſoluta quieſcenteq; vlceroſa, in pruriginoſam tranſmutatio fieri ſolet: inde eſt quòd de ipſis cõfuſa, indefiniteq; Archigenes ſcripſit: quemadmodum neque cauſas harum diſpoſitionum exactè tractauit. Verùm nos eas in libris Salubrium pręceptorum perfectè exarauimus. Igitur vlceroſus

Pruriginoſus dolor.

dolor, nõ ſolũ ad cutem, ſed ad imas quoque partes, vt oſſa extẽditur. Pruriginoſus autem, reuera ad ſolã ſuperficiẽ pertinet,

non tamẽ primario,pro ratione ipſius pro-
pria,ſed per accidens:eo quòd denſior ſub-
iectis ſibi partibus,cutis eſt. Horũ ergo do
lorum vterq; propriæ diſpoſitionis eſt ac-
cidens:fiunt autem ob acres quoſdã humo
res,atq; tãtum ipſi, quantum diſpoſitiones
ipſæ inter ſeſe differũt.Sed vt dixi, ſatis de
ipſis in libro Salubriũ præceptorũ defini-
tum eſt.Punctorius verò (inquit) dolor, in
profundo eſt:ſed non rectè , nam ad mem-
branas , nõ ad imas partes ꝓpriè pertinet.
†Infixus autem (vt inquit)quum ſinus ac-
ceſſerit. Hic ſermo † nõ omnino abſurdus
eſſe videtur,quippe ſinus, concauitas quæ-
dam eſt,quum partium antea coniunctarũ
altera diſtat ab altera. Quũ itaq; fluxione
impletur,ita vt adiacẽtes partes diſtendã-
tur,tum tenſiuũ dolorem ſentiunt laboran
tes,non quidem ſecundum longitudinẽ la-
tius exporrectũ, ſed propriis limitibus con
ſcriptũ.At excreto quomodolibet è ſinu hu
more,ꝓtinus dolor cõquieſcit,niſi ambiẽ-
tia ſinum corpora,adeò diſtendantur dila-
tenturq;,vt inflãmatoria diſpoſitione tor-
queãtur.Hæc ſunt quę ꝓpriè ad ſinus per-
tinẽt.Quod verò ab Archigene dictum eſt,
aliud ab his eſt.verũ quid intellexerit,quũ
ita ſcriberet,haud facile inueniri poteſt.At
quod deinceps ſcriptum eſt,non minorem
ha

Punctorius dolor.

†ἐνερείδων metaphora fortaſſe ſumpta ab ijs qui in rẽ aliquam oculos fixos continent.

†Deletur negatio in quibuſdã codicibus.

Stimulãs dolor. habet dubitationẽ. Nam ſtimulãs (inquit) dolor nõ in imo ſubſiſtit. Hic enim ſermo, cum eo quẽ in initio præmiſit, pugnare videtur, quo in hunc modum ſcripſit: Stimulans autem, partim eorũ quæ in loco ſunt, quidpiã affectum eſſe declarat, partim cõtra. Id enim fieri poteſt, ſecundũ profundũ in parte oſsibus maxime vicina, & in cute, atq; omnino in medio, huiuſmodi dolore facto ab humore mordaci, ſenſibiliũ ꝑtiũ aliquã erodente.

Lacerans dolor. Deinde quod in fine eiuſdem orationis ſic ſcriptũ eſt: Lacerãs autẽ eſt, qui in ſinubus cõſiſtit, ſi lacerans quidẽ idẽ ſignificat, quod diuellens, mendacium eſt. Nam illi qui in ſinu eſt, id minimè contingere ſolet. Quòd ſi non hoc, ſed aliud quidpiã dicere voluerit, quomodo id poterit inueniri? Atq; huiuſcemodi ſunt quæ in præſcripto ſermone Archigenes poſteris memorię ꝓdidit. Igitur trãſeamus ad aliũ, qui & ipſe ex dolorum differentia, affectas partes cognoſcere docet. Eſt ipſius dictio huiuſmodi, Hepatis verò dolor holcimos (id eſt tractorius) & inhærẽs & torpidꝰ eſt, atq; atrocius moleſtans. Splenis autẽ acutus nõ eſt, ſed & grauitatẽ ſimul, & extenſionem habet: atq; ſimilis videtur ei, qui ad eliſionem quidem atq; expreſsionẽ, ſed extrinſecus incumbentem, renititur. Renes &

austc

,, auſteros dolores inducũt, & cũ permanen- *Auſterus*
,, te aſtrictione pungentes. Veſica vehemen- *dolor.*
,, ter ſtringẽtibus vtitur doloribus, atq; ten- *Stringens*
,, ſionibus pũctoriis. Vterus autẽ acutis, per- *dolor.*
,, tendẽtibus, pungentibus, diſtendentibus, *Vteri do-*
,, torminatim incidẽtibus: quippe qui huiuſ- *lores.*
,, modi mixtione dolere natus eſt, quãobrẽ
,, idiomatis quoq; ambiguitatem inducit. In
hoc ſermone iterum Archigenes protinus
ab initio hepatis, dolorẽ holcimon (id eſt
tractorium) eſſe dicit. Verùm hoc vocabu-
lum holcimos, apud Græcos in vſu nõ eſt: *Holci-*
proinde quid ſignificet haud facile inue- *mos.*
nire eſt. Nã vocabulorũ ſignificationes ex
longo vſu deprehẽdũtur. Atqui video eos,
qui illo vtũtur, viſcidum per ipſum velle ſi- *Viſcidũ.*
gnificare, quale viſcum eſſe videtur, vt cu-
ius vna parte tracta, poteſt per ipſam reli-
qua illi continua ſimul attrahi. Sic paſta
quoq; ex frumẽto holcima dicitur, maxi-
mè ſi accuratiſsimè ſubacta fuerit, ſed ex
hordeis, aut milio paſta holcima non dice
tur. Atqui ſub hac ſignificatiõe, hepatis do
lor haudquaquã holcimos euadet: proinde
aliã ſignificationẽ quærere oportet. Itaq;
vnus ex his q̃ Archigenis ſectã reliq̃s præ-
ponere conãtur, holcimon hepatis dolorẽ
dici aſſerit, quum hepar vel induratum, vel
inflammatum, detrahere iugulum videtur.
Alius

Alius quũ diuturno morbo laborat. Alius quũ mediocri dolore afficitur. Sunt qui tardũ ipſum ſignificare velint, vtpote qui acuto aduerſetur. Atq; vrgẽtem & adeò vehementem, vt nullam admittat requiẽ, hunc acutum cum vocare ſolitum: contrariũ verò, nempe tardum, holcimon dixiſſe autumant. Nonnulli eum dolorẽ, holcimon vel grauem dicũt, qui grauitatis ſpeciẽ refert: vſu enim receptum putant, vt de grauitate holce tractus dicatur. Multa inſuper alia variè explicãt, admirãdi illi quidẽ enarratores, ſed quæ intelligãtur à nemine. Conſtat igitur hoc vocabulũ holcimos, quod in propoſitæ orationis initio inuenitur, nihil nos poſſe docere. At verò deinceps cõſideremus, quid vtiq; ſit dolor inhærens. Nam hunc quoq; hepatis propriũ eſſe dixit. Mihi quidẽ facile perſuaſum eſt penetrãti dolori, inhærentem per contrarietatem opponi, ipſum dicere voluiſſe. Quid enim aliud cõiicere quis poſſet? Etenim hepatis dolor, ſi quiſpiam alitus, vicina corpora ad cõſenſum inducit. Nam & ad iugulum vſq; porrigitur, & ſpirandi difficultatẽ creberrimè affert: atq; interdum tuſsim quoque ac dyſenteriã, neque rarò notas coſtas infeſtat. Igitur quónã pacto verè dicetur eodem in loco ꝑmanere? At fortaſſe ſatius fuerit putare

Dolor inhærens.

Hepatis dolor.

tare

tare, quòd inhærentem dolorẽ dixerit, veluti infixum. Atqui hepatis dolor, vt nuper ostẽdimus, haudquaquã huiusmodi est. Similiter antea iam declaratum est, ne torpidũ quidem dolorẽ particulæ cuiusquam propriũ esse. Nam ad dispositionem potius referendus est: hæc autem nõ iecinore, sed in neruosis potius corporib⁹ inuenitur. Porrò atrociter molestans, cũ torpido pugnat, vtpote qui violẽtus est, atq; continuus. Sed nec huiusmodi quidẽ hepatis dolor est sed potius grauis. At ne grauis quidem exactè proprius hepati est, sed spleni quoq;, ac renibus inflammatis cõmunis. Equidem nõ satis mirari possum, quo pacto Archigenes ad lienem duntaxat, hanc doloris speciem referre tentauerit. Nã vel Hippocratẽ audire debuit dicentẽ: Et in renem dolor grauis. Verùm hoc peccatũ exiguũ fortè censebitur. At longe maximum est illud quod committere solet, nomina scribens cæteris sensibus peculiaria, quemadmodũ nunc de renibus quidẽ, austeros scribit dolores, de vesica verò, astringentes. Hæc enim saporum sunt nomina, qui lingua vt instrumento, & gustãdi sensu dignoscũtur. Igitur res quædam declaratur, generatim quidẽ per hoc vocabulum stringens, sed magis particulatim per austerum, & acerbũ: quippe ambo

Dolor torpidus.

Dolor atrox.

Dolor grauis.

Hippoc. lib. Epid. 6. part. 1.

Sapor austerus, sapor astringens.

Austerũ.

Acerbum.

ambo aſtringunt,ſed magis acerbũ, qualis eſt omphacia vocata galla. Porrò auſtera ſunt multa,vt mali punici genera, atq; cotonea mala,ac reliqua cõplura eſui apta. Sanè acerba haudquaquã ſunt iucunda,nõ ſolum ea quę medicamentorũ ſpeciem referũt, veluti hypociſtis,& balauſtiũ,& galla,& rhus,ſed etiã illa quæ quũ ſint huiuſmodi,recipiuntur tamen in cibos. Quapropter non excogitari quidẽ poteſt , quid vel auſterũ , vel acerbum dolorem dicere voluerit Archigenes,nõ magis quàm aut cæruleum,au rubrũ,aut fuſcũ , aut alium aliquem,à coloribus nominatũ. Nunc autem quid dixerit doctor quidam ex Archigenis familia,tempus eſt cõſiderare. Nam dolorum proprietates Archigenẽ arrogãtia motũ interpretari voluiſſe cenſet.at quia reuera ineffabiles ſunt eũ in huiuſmodi nomina abſurda incidiſſe,nõ intelligẽs vnãquãque qualitatũ,ſiue guſtabilẽ,ſiue tangibilẽ effari poſſe. Vbi verò multæ qualitates circa vnã eſſentiã apparent, ibi & proprietatẽ fieri contingit,idq; maxime in guſtu videre eſt,cum verbi gratia & amaritudinẽ, & dulcorẽ,& auſteritatem,& acrimoniam, in vna eſſentia apparere contigerit. Sic enim in guſtu proprietas quædam oritur,ineffabilis illa qdẽ,ſi vnico nomine ipſam expli-

Dolorum qualitates ſimplices explicari non poſſunt.

Guſtus proprietas ineffabilis.

care

care tẽtaueris: ſed quæ dici tamẽ poteſt, ſi per ſingulas qualitates diſcurras, eo addito, ꝙ & magis & min⁹ declarare haud impoſſibile eſt. Ita & herbas vniuerſas, & reliquã quoq; materiã, enarrauerunt medicorum nõ pauci: ſingulas qualitates, quæ enũtiatis reb⁹ inſunt, explicãtes. Ergo Archigenes, ſi vniuerſam eſſentiæ proprietatẽ, vnico nomine cõprehendere voluerit, indoctus oĩnò fuiſſet, id quod de Archigene nequaquam ſentiendũ eſt. Si autẽ ſimplices qualitates, ipſę quidẽ ineffabiles nõ ſunt, earum verò quantitas, exacta quidẽ menſura, ineffabilis eſt: quanquã ſub latitudine quadã explicari põt. Igitur lõgiori ſermone vti non oportet, quum ea ſpecies ob oculos omnibus ſit poſita, qua vti debet is, qui quãlibet rerũ ſenſibiliũ interpretari aggreditur: quippe omniũ tangibiliũ qualitatũ, propria habemus noĩa, haud ſecus quàm guſtabiliũ, viſibilium, & audibiliũ. Atq; omnibus iis patrio more vti debemus, & neq; ſtringentẽ, neq; auſterum nominare dolorẽ, vtpote quæ ſaporũ propriæ appellationes ſunt. Plurimi enim medici ab Archigene ſtantes, quũ dolorũ differentias cõſcriberent, haudquaquam auſi ſunt à conſuetudine in nominum vſu recedere, quę ab ipſis laborãtib⁹ audire li

cet, qui perinde ſe dolere interdū aiunt, quaſi acu pungantur, ac rurſus perinde ac ſi terebro perforētur. Quinetiā videri ſibi aiūt, cōtūdi ſeſe, & diuelli, & tēdi, & retrahi, & detrahi, & grauitatis cuiuſdam ſenſum ꝑcipere, qua interdū ſubiectarū partiū aliqua ſuſpendi videtur, interdū verò circūdātibus incūbere. Igitur vt huiuſmodi nomina oĩa facilè intelligūtur, ita adſtringētes, & acerbi, & auſteri, dolores intelligi haudquaquā poſſunt, ac prætereà ab vſu omninò aberrant. Hæc intelligere debuit Atrchigenes, quū docere nos vellet quomodo loci affecti poſſint cognoſci. Nā omnis ꝙ de doloribꝰ habetur ſermo, vanus nugarūq; plenus eſſe cenſetur, niſi ex his, quę laborātes ipſi dicūt, eos cognouerimus. Ergo ſi ab ipſis, quomodo dolēt, diſcere oportet, nūquā verò dicāt, acerbū, aut auſterū, aut atrocē, aut holcimon dolorē, rurſus inutilis erit huiuſmodi doctrina. Prætetcà ex eo loco, quo dicūt Archigenē interpretari velle dolorū proprietates hæc docēdi, ratio tū impoſſibilis, tum inutilis eſſe planè videtur. Primū enim vel ipſis autoribus non oĩs ipſorū proprietas enūtiari poteſt: quod cùm ita ſit, omninò fieri nō poteſt, vt ad doctrinā aliquid cōferat, vtpote quam ij duntaxat qui ſenſibiliter

Dolorum νοήσεις.

biliter ipſam percipiunt, noſcere poſſunt. Deĩde ea nobis ignota ſit neceſſe eſt, qua nõ laborauerimus, niſi fortaſſe Archigenes oẽs ſui corporis partes habuerit affectas;qđ licet cõceſſerimus,fieri tamen nõ poteſt, vt credamus vnũ hominem omnes ſingularũ partiũ affectu, fuiſſe expertũ. donemus tamen (ſi volueris) hoc quoque, quãquam impoſſibile eſt. Nã vteri ſaltem affectus nunquã ſcilicet percepit Archigenes, nihilominus huius ꝓprietates cõſcripſit, quæ à ſolis mulierib⁹ expertis dignoſcuntur. Itaque admirationem (ita dij me ament) ſæpenumerò mihi induxit, ex qua tãdem ratiocinatione tam abſurdã hanc doctrinã collegerit: quã & ſi veram cõtendis, nihil tamen ex ea vtilitatis prouenire fateri cogeris, nullo infirmo ſuos affectus per Archigenica nomina interpretãte. Nã quòd nonnulli laborantium faſtidire ſtomachũ aiunt, id nobis eo quòd aliquãdo ita fuim⁹ affecti, planè notũ eſt: ſicut etiã mœſtitia torqueri, quippe quoſdam ſic fuiſſe affectos ſatis conſtat. An verò auſtero dolore ab Archigene dicto quiſpiã fuerit affectus, intelligi nõ poteſt, vtpote nemine ſciẽte, cuínam rei nomen hoc adaptauerit. Nã punctorium, & diſtẽdentem atque eos qui cõformiter nominãtur, atq;

iis multò magis vehementem, & fortẽ,& violentũ, & cõtinuũ, & intermittentẽ,nemo eſt qui non nouerit:vtpote qui per nomina à conſuetudine nõ abhorrẽtia, enarrãtur, & quos quotidie euenire videmus. Ad auſterũ,& adſtringentẽ, & atrocem,& holcimon,vt nemo ꝓfert, ita ſi quis fortaſſe ꝓferat,nemo intelliget.Cęterũ oportet,& affectũ eſſe communem:& appellationẽ ipſum declarantẽ,ab auditorũ conſuetudine nõ aberrare: veluti quũ ſtomachũ premi dicimus, id quod nemo nõ dicere ſolet. quippe tali ſæpenumerò ſenſu afficimur,qualẽ extrinſecus onus aliquod incũbẽs,inducere põt:idq; in nõnullis oris vẽtriculi diſpoſitionibus, qđ per abuſionẽ non ſolùm populares, ſed probatiſſimi quoq; medici ſtomachũ appellãt.Quin etiã inter vehemẽter reſpirandũ, nonnunquã grauitatẽ in dextra præcordiũ parte ſentim⁹.id ſi citra febrim eueniat:aut obſtructione, aut ſcirrhoſa diſpoſitione, hepar laborare cõiiciendũ eſt. Veluti cũ inflãmatione infeſtatur,febrim comitari neceſſe eſt. Itaq; oĩa huiuſmodi & dici poſſunt,& manifeſta ſunt oĩb⁹ medicis Archigene priorib⁹, atq; ſine abſurdis illis noĩbus doceri poſsũt.Archigenis verò doctrina,hoc habet exactè ꝓpriũ, vt nõ nouarũ rerum

Stomachi cõpreßio. *Os vẽtriculi.* *Stomachus.* *Hepatis obſtructio.* *Scirrhus hepatis.*

rerum,ſed nominum rem nullã declarantium,enarrationi ſtudeat.Nam librum de pulſibus,huiuſmodi nominibus impleuit. quãuis ille, vt in cõmentariis de pulſibus oſtẽdimus,haudquaquam impropriorum nominum metaphora indigeat.

De via & ratione, qua ſimul & ſedes affecta,& ipſius diſpoſitio poßit cognoſci.

CAPVT III.

EQuidem voluiſſem Archigenẽ tantorum medicorũ ſucceſſorẽ, aliquid lucis doctrinæ addidiſſe:ſed eã ita obſcurauit,vt ne nos quidẽ, qui in artis operib⁹ iam ſenuimus,dicta ipſius intelligere valeamus. Quod igitur illius erat officij,id nos prçſtare nitamur,docebimus enim in primis viã & rationẽ vniuerſalem , cuius adminiculo,& ipſe affectos locos inueni- re,& cæteris viã oſtẽdere poſſis. Igitur vt in priore libro dictũ iã eſt, via & ratio huiuſmodi eſt.In primis enim q̃rere oportet ſingulorũ locorũ ꝓpria ſigna, vt quomodo afficiãtur,aut ꝑ ſingulos affect⁹ alterẽtur,inuenire poſſis : Deĩde vtrũ ſingulorũ affectuũ ꝓpria ſint ſigna, an circa quãlibet partẽ variẽtur.Itaq; oportet & loci, & affectus nõ ĩmemores, deinceps ſigna per ſtringere. Veluti ſi ita acciderit,vt pulmo inflãmatione laboret,tãta inducetur ſpirã

Methodus vniuerſalis inueniẽdi locum.

di difficultas,tantaq́; anguſtia,vt ſuffoca-
Peripneumoniæ notæ. ri laborantes videãtur, ac recti ſedere co-
nentur, quẽ affectũ orthopnœam nomi-
nant. Quinetiam calidam ſentiũt expira-
Orthopnœa. tionem,idq́; maximè ſi eryſipelatis parti-
ceps fuerit inflãmatio: quocirca vbi pluri
mũ efflant, iuuari videntur, ac multũ aë-
rem frigidũ attrahere concupiſcunt, atq;
inter tuſſiendum ſputũ expuunt:idq́; mo-
do hoc, aliâs alio colore infectum, vt in-
terdum rubrum,interdum flauum,aut ru-
fum,ac ſpumoſum quoq;,& nigrum,& li-
uidũ appareat. Inſuper grauitatis cuiuſ-
dam thoraci incũbentis ſenſum ſæpenu-
merò percipiũt, ac dolorẽ ex imo ad ipſũ
peruenire, & ad pectus & ad ſpinã.Præter
Libr.4.de cau. pul. eà acuta eſt ipſis febris. Pulſum verò ha-
bent, qualẽ in libro de Pulſibus diximus.
Lateralis morbi notæ. Sic vbi mẽbrana coſtas ſuccingẽs inflam-
mata eſt, acuta febris infeſtat, accedente
pulſus ea quã in cõmentariis de Pulſibus
diximus proprietate. eſt autẽ dolor pun-
ctorius,vnà cũ ſpiritus difficultate: ac ma
gna ex parte ſputũ colore infectum appa
ret haud ſecus quàm in peripneumonia.
Igitur vtroſq; affectus ſpirãdi difficultas
neceſſariò comitatur, eo ꝙ affecta parti-
cula ſpiritus ſit inſtrumẽtũ: oritur autẽ fe
bris, & propter affectũ ipſum, & propter

poſt

poſitum. Nam & pulmo, & ſuccingẽs coſtas membrana prope cor conſtituuntur. Inflãmatio verò calidus affectus eſt, ſic etiã tuſsis ipſis vt ſpiritalibus conuenit. Sed quòd aliquid expuitur, id ab affectu ipſo procedit. Quippe iã oſtẽdimus, omnẽ inflãmationem, ex affluẽte fieri ſanguine: quapropter ſi bilioſus fuerit ſanguis, flauũ aut pallidũ erit ſputũ. Si pituitoſus, & ſpumans & candidũ Si melãcholicus, aut nigrũ, aut liuidũ. Si nihil horũ ſanguinẽ infecerit, rubrũ. Quinetia in pleuritide, ſæpenumero magis bilioſum: in peripneumonia verò magis pituitoſum, ſequi cõſueuit. Sed de hoc ſatis iam declaratum eſt. Quòd autẽ inflãmatarũ partiũ excremẽta ꝑ aſperã arteriã referũtur, eius rei cauſa, tum ad poſitũ, tũ ad formationẽ referenda eſt, quippe quę per ſolam hãc viam effluere poſſunt. At verò vẽtriculus duos habet meatus [vnũ per quẽ praui in ipſo humores euomuntur, alterũ per quẽ humores ad inferiora delabũtur.] Verùm id qđ in eo vitioſum inuenitur, ſupernatat magis, ac vomitione reiici conſueuit: reliqua per inteſtina deiiciũtur. Veluti renũ veſicæq; excrementa, meiendo excernuntur. Cerebri verò redundantia, per nares præcipuè, nonnunquã verò per palatum,

Sputi qualitas.

Aſpera arteria.

Hæc in Græco exemplari germ. deſiderantur.

Affectorũ locorũ generales notæ.

†ἀχροίας

Subtili enim ſubſtãtia & pellucida facile colores hos rapiunt. lege 6. Epid.

Exercitatio hæc logica maximè conſtat ratione quam μέθοδον ἀναλυτικὴν vocăt, tum alteram quæ ἐπαγωγική appellatur.

& aures vacuatur. Igitur ſedes affectę di-
noſcũtur, & ab accidẽtibus, & ab actione
læſa, & excremẽtorũ qualitate, & à tumo-
ribus pręter naturã, & dolorib⁹, & à †co-
loris vitio qđ ſequitur, vel ĩ vniuerſo cor-
pore, vel in vna quapiã parte, vel duabus,
idq́; maximè in oculis, & lingua: extra ho
rũ numerũ ſunt indicia, quę colligũtur ſe-
cundũ eã quę propriè ſympathia, ſi ita ve
lis, appellatur, veluti in priori libro iã di-
ximus. At nũc tẽpus eſſe videtur, vt ami-
cos, quorũ petitioni obtẽperãs, hos cõmẽ
tarios ſcribere aggreſſus ſum, ad exercita
tionẽ inducã: fit autẽ exercitatio omnis,
quum particularia ſub eandẽ viã & ratio
nem ducuntur. Huiuſmodi autem doctri-
næ ſpecie, vt perſæpe oſtẽdimus, nõ aliud
inuenitur vtili⁹: quippe vię & ratiões, vbi
ſolæ ſine multifaria ſecũdũ ipſas exercita
tione cognoſcuntur: haudquaquã poſſunt
perfectos efficere diſcipulos. Altius igitur
viam & rationẽ dicere aggreſſi, ad exerci
tationis modũ accedamus. In primis qdẽ
intueri oportet, num actio aliqua ſit læſa
qppe cũ ipſa propriũ actionis inſtrumẽtũ
affici neceſſe eſt, deinde vbi actionem læ-
ſam eſſe pſpexeris, ad modũ læſionis acce
dendo, cõſidera ad quam affectionẽ pro-
priè ptineat. Poſteà affectã particulã nota

num

num tumore quopiã, aut dolore infeſtetur,& quidẽ accuratè cuiuſlibet horũ ſpeciẽ inueſtigãdo: ſic enim nõ ſolùm tumorũ,verùm etiã dolorũ quoq; , varios modos addiſces. Aſpice ſubinde affectæ partis excremẽta,per quẽ meatum vacuẽtur: ac vide,nũ aliquid eſſentiæ ab affecta parte ſecernatur. Poſteà etiã vtrũ omninò incocta ſint ipſius excremẽta, an mediocriter cocta: Ac tũ cũ ex eo vniuersũ corpus aut pars aliqua incõmodũ rapiat qđ partim ab actione læſa,partim à colore & figura deprehẽdet. Eſto enim vt quiſpiã inter reſpirandũ in notharũ coſtarũ loco doleat,nõ protinus hũc eſſe pleureticũ ſuſpicari debes,ſed in primis quidẽ,an tuſſiendo aliquid expuat,intueri. id enim ſi coloratũ,vt dictũ eſt,videris,tũ ipſum pleureticũ eſſe dices. Quòd ſi tuſſiẽdo nihil omninò expuat: fieri põt,vt nihilomin⁹ pleureticus ſit ille quidẽ,ſed inflãmationẽ habeat, & incoctã & ſtrictam adeò vt nihil ab ea foras eiici poſſit. Ac fieri quoq; põt, vt ob hepatis inflãmationẽ, dolor in iam dicta ſede excitetur, intẽtis videlicet internis vinculis quib⁹ nõnullorũ iecur coſtis alligatur, atq; ſic dolor ad ſuccingẽtẽ coſtas membranã perueniat. Verũ nequaquã ſimilis eſt pulſus,in hepatis,& mem-

Τρόπ@ modus definitur p̃prietatibus, id etiam χαρακτὴρ appellatur.

Pleuritis.

Hepatis inflammatio.

Pulſus in pleuriti-

de durus tensus, asper: in hepatide mollis est.

De his excrementis hepatidis libro 5.

branæ coſtas ſuccingẽtis inflãmatione: ac ne alui quidẽ ſedimẽta ſimilia ſunt, quanquam non in qualibet iecinoris inflãmatione eadẽ ſunt, ſed in his affectibus qui propriè iecorarij nominantur. Igitur vt nihil excernitur, à quo indiciũ aliquod ſumi poſſit, ſatius fuerit pręcordiorũ dextrã partẽ tangere, ꝙ ſi nullus apparet tumor, ne ſic quidẽ deſiſtere oportet: quippe fieri poteſt, vt in ſola ſima hepatis parte, ſit inflãmatio, ſimiliter etiã in gibbis partib⁹, ſed nõ omnibus, verùm his dũtaxat intumeſcũt, quę à nothis coſtis cõtegũtur. Itaque laborantẽ, vt vehemẽter reſpiret, monere oportet, deinde interrogare, nũ grauitatẽ ſentiat, aut ſuſpẽſam à ſuperiorib⁹, aut incumbentẽ vicinis. Accidit autẽ aliquando, vt in his haud ſecus quàm in hepate, oriatur tumor præter naturã, cuius occaſiõe ſeptũ trãſuerſum oppreſſũ, reſpirationẽ efficit difficiliorẽ: atq; ꝗ ita laborant, ab exigua tuſſi irritãtur. Ergo in huiuſmodi diſpoſitionibus, ſolidũ, firmũque diſcernendi indiciũ per omne tẽpus morbi, à pulſu ſumendũ eſt, deinde tractu temporis, reliqua quoque accidẽtia cõſiderãda ſunt. Nam & linguę, & vniuerſi corporis color alterat, vbi hepar vitiatũ eſt. Sicut rurſus thorace affecto, tuſſis increſcit,

In flammata partium continentium hepar.

atque

atq; eo tēpore omninò apparent, ea quæ tussiendo expuuntur.Igitur quēadmodum fieri nō potest, vt illæsis spirandi tū partibus,tum instrumētis,difficilis fiat respiratio:accidit autē interdū,nullo existente in ipsis proprio morbo, sed transuerso septo, aut detracto, aut oppresso, vt homo difficulter spiret: ita etiā vsu venire solet in ea sede,quę principē in se animę facultatē cōtinet.Nā cū & sciētia,& opinio, atq; cogitatio omnis,in ipsa cōsistat, si harū aliqua lædi videat,protinus ipsam quoq; affectu quopiā laborare arbitramur.Nam vbi vel in pleuritide , vel peripneumonia deliriū incidit,nemo vel à costa,vel à pulmōe,accidēs hoc prouenisse dixerit. Quippe vniuersi eā partē, in qua deinceps animæ vis residet,simul affici putāt, ac nititur quisq; vt modū consensus sectæ suæ conformem ostendat. Verùm in aliis affectibus,nō cōsentire,sed primogenio ipsam affectu laborare aiūt:veluti in lethargo,& phrenitide. At verò vndiq; affici, vbi propriarū ipsius actionū aliqua læditur. Proprias actiones dico,quæ à nulla alia parte,vt instrumēto fiunt.Nam reuera & videre illā, & audire

Princeps animæ facultas.

Scientia constans & firma cognitio circa ea quæ æterna sunt, lubrica verò assensio circa res humanas & caducas opinio. Διανόησις quæ à Platone διάνοια medium genus est intelligentia circa mathemata.

haud

haudquaquã negandũ eſt,ſed videre oculis,& audire auribus. Atqui vt cogitet, & reminiſcatur, & exiſtimet, & eligat,neq; oculis, neq; lingua,neq; alia quapiã parte vtitur.

Pars animæ quomodo lædatur.

Quòd ſi hęc animę pars,ita eſſet incontinẽte ipſam corpore, vt nos in domo aliqua,in primis fortaſſe,nullã ei noxam afferri putaremus à loco.quoniã verò ipſam lædi videmꝰ, quomodo lædatur eſſet inueſtigandum.Si verò veluti forma quædã corporis eſt ab ipſo inſeparabilis, eã lędi nõ inficiabimur,ob ſuſcipiẽtis ipsã corporis alterationẽ. At quia de hac re inter philoſophos ingẽs pugna eſt, aliis eã veluti in domicilio cõtineri dicẽtibꝰ,aliis verò ipſam corporis formã eſſe putãtibꝰ, idcirco quomodo lædatur,inuẽtu perdifficile eſt.

Caluariæ fractura.

Quòd verò lædatur,ab experiẽtia diſcere licet.Etenim vbi fracto capitis oſſi,terebra adacta eſt,ſiquis vehemẽtius cõprimat,protinus ſenſum omnẽ amittit laborãs:quinetiã ſi inflãmatio quædã oriatur, nã & hanc interdũ euenire videmus. mentem itaq; lædi minimè negandũ eſt.

Capitis vſtio.

Prætereà nonnulli per vehementem capitis vſtionem delirauerũt atque per fortes ictus capiti adactos, ſæpenumerò ſtupidũ ſoporẽ ſequi videre eſt:multi quoque affectus in capite conſiſtentes, mentẽ haud

obſcurè

obſcurè vitiant: adeo vt etiam populares, quum aut delirare aliquem, aut mẽtẽ quo modolibet affici cõſpiciũt, capiti remedia adhibenda eſſe cẽſeant. Verùm enimuero quòd principiũ ſenſus & motionis ab impetu prodeũtis, ſedẽ in cerebro habeat, & quòd hoc à membranis (Græci meninges vocant) contegatur, id in aliis cõmẽtariis, quàm veriſſimum eſſe declaratũ eſt. Nunc verò quomodo diſtinguantur affectus primitiui ab his qui per conſenſum eueniũt, conſiderandũ eſt. Nam huiuſmodi ſpeculatio propriè ad hoc noſtrum inſtitutũ pertinere videtur, & quidem non ſine manifeſta vtilitate: quippe ꝙ ad curãdi rationem imprimis pertinet, cuínam parti remedia ſint adaptãda cognouiſſe. Nã per ſolũ conſenſum lęſo cerebro, ſi ea pars quę primitiuo affectu laborat fuerit curata, prius quã cerebro propria aliqua eueniat diſpoſitio, nullum in ipſo relinquitur accidẽs. Quòd ſi ex cõſenſu, permanẽs aliqua fiat in ipſo diſpoſitio, tum non ſolum parti quę primitiuo affectu laborat, ſed capiti quoq; remedia adhibere oportet. Quapropter exactè definire, vtrum cerebrum, an membranæ ipſius primitiuè afficiãtur, haud magnam vtilitatẽ afferre põt. In vtraq; enim diſpoſitione, capiti ſuccurritur. Igitur huic rei

Affectus primitiuus.

Affectus per conſenſum.

Dolor ex læſo cerebro.

non

nõ ita vehemẽs ſtudiũ adhibere,ſed morbi potiꝰ eſſentiã,qualis ſit inuenire:quippe humidũ exiccare, aridũ humectare, frigidũ calfacere, calidũ refrigerare, oportet.

Curatio affectuũ capitis.

Ac ſi cõiugatꝰ fuerit affectus,per cõtrariã coniugationẽ ipſum curare: vt calidum & ſiccũ,humectare & refrigerare: humidum frigidumq́;, exiccare & calfacere, atq; in reliquis duabus cõiugationibus ad portionem,ac in cęteris morbis omnibus,eadem ratione ſimiliter facere cõuenit. At vniuſcuiuſq; ſpeciẽ,in libro de morborũ differẽtiis perſecuti ſumus. Quũ itaq; & cerebri, & membranarũ eius , iidem morbi ſimili curatione indigeant,logica magis,quã ad curationem vtilis eſſe videtur quæſtio ,in vtrolibet illorũ contineatur princeps animæ facultas. Verũ an in corde ſit ea facultas,lõgè diuerſa atq; omnino differens eſt quæſtio.Eſto enim vt à flaua bile in corde & accumulata,& putredine affecta,phrenitis ſit excitata,nõne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino(id eſt oleo roſaceo cum aceto)perfundere iuſſerit?Nam ſi hoc pręſidio phrenitidis cauſa ſanari poſſit,nõ capiti,ſed thoraci,ipſum adhiberepoterat. Neq; tñ vniuerſo thoraci, ſed illi dũtaxat parti,in qua cor cõtinetur. Hactenus hæc explicaſſe ſufficiat,hoc addito,ꝙ non [ſo-

lùm

hùm]affectũ locũ, verùmetiam causam illi noxam inferentē, considerare oportet: vt exēpli gratia: Deliriũ est accidēs ei⁹ actionis quæ à loco mētis impote prodit: similiter † sopor stupidus, sed à contrariis causis oriuntur. Quippe & vigiliam, & delirium causa potestate calida efficit. At quotquot somnolēti & soporosi sunt affectus, oēs à frigida causa proueniũt. Id quod ex medicamentorum natura planè discere licet. Quippe frigida stuporē soporemq́;, calida verò vigilias & varias motiones inducũt. Sed quid opus est fortia medicamēta enumerare, cũ quotidie videamus & lactucas & potabiliũ, calidarũq; aquarũ balneas, & vinum modicè dilutum, somnũ inducere? reliquorũ medicamentorũ exēplo, quæ & humectare & refrigerare possunt. Quę verò iis cōtraria sunt, vigilias excitare. Itaq; tenuis ratio victus, & vinũ meracius, vigilias inducunt: idq́; multo magis, cũ vinum meracum, aut suapte natura fuerit calidũ, aut valide antiquũ, veluti apud nostrates Pergami olim accidisse, memorię proditũ est. Neque absurda videtur historiæ ipsius narratio. Grãmaticus quidã, singulis diebus balneũ petens, vnũ ex pueris secũ ducebat, altero domi relicto, qui rē familiarem seruaret, atq; ea quæ ad victum essent

Deliriũ.

† τὸ κῶμα καὶ ὁ κάρος.

Paraphresine

Sopor stupidus.

Historia de vino.

neces

necessaria, præpararet. Puer itaq; domum custodiens, quũ vehemẽti siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinũ antiquũ libe raliter potauit, atq; ex reliquo tẽpore vigil omnino permansit. Postea correptus febre, vnà cũ vigiliis oborto delirio periit.

Animalia latẽtia. Cæterùm animãtia quę frigidiori sunt natura, per hyemẽ ob frigoris vim, perinde *Viperæ.* ac si mortua essent, latitare solent. Atq; tũ viperas quoq; videres, si manibus tractentur, deferãturq;, haudquaquã mordere. Nã per æstatẽ, tum hoc animal, tum serpentes reliqui omnes, maximè sub caniculæ feruore, quum vehementer æstuant, furorem prę se ferre vidẽtur, adeo vt ne exiguo quidẽ momẽto quiescere possint. Quod intel *Cenchris.* ligens Nicander sic de Cenchride cecinit:

Nicãder. *Non temerè offendas calcando Cenchridis artus.*

Lege 13. *Dum furijs agitur.*

Aet. Verùm de iis alibi pleniorẽ inuenies & enarrationẽ & demõstrationẽ. Siquidẽ calida causa motũ excitat, atq; idcirco vigilias affert: frigus aũt ociosum & ad motiones pigrũ reddit animal, ob idq; somnũ soporemq; inducit. Igitur qui hęc intelligit, quum per ardentium febriũ vigorẽ hominem viderit & vigilare, & delirare, deinde *Vigilia* inclinãte iam febre, & dormire, & rectè sa *Deliriũ,* pere, in capite nullam propriã esse disposi tionem,

tionẽ, ſed à febris abundanti calore, deliriũ fieri exiſtimabit. Sic etiã in peripneumonia, & laterali morbo, quũ ad vigorem febris peruenerit, deliriũ ſequi ſolet, nullo exiſtẽte in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius eſſe putandus eſt, cũ permanere in parte quapiã cõſpicitur. Vnde ſi in laterali morbo permanẽs eueniat deliriũ, caput propriũ habere morbũ perpẽde, ita vt quãuis lateris morb⁹ quieſcat, poſſit tamẽ capitis morbus permanere. Sæpenumero enim vidim⁹ panũ ob vlcus aliquod obortũ, vlcere curato, deinde diuti⁹ infeſtare. Ergo quũ pars aliqua ſimul cum alia ſic afficitur, vt irritata quidẽ vna, altera vehemẽtius moleſtetur, remiſſa verò irritatione quieſcat, eã per conſenſum affici putandum eſt. Hæc enim vna coniectura cõmunis eſt. Sed de cerebro, vt dictũ eſt, proprium ſumitur indicium, ſi non aſſiduè delirium permaneat, ſed auctã febrim ſequatur. Atq; eadem ratione fieri ſolet, vt quum febriũ acceſſiones irruere incipiũt, ſopore laborantes grauẽtur, quòd hoc tẽpore cerebrum vehemẽter ſit refrigeratũ: quippe quod alioqui paratiſſimũ eſt, vt noxam huiuſmodi ſubeat, quum intẽperiem habeat frigidam, non verò tantam, vt hæc ſola prædictorum accidentium poſſit eſſe

Proprius affectus.

Panus.

Affectus per conſenſum.

Sopor in febriũ acceſſionibus.

causa, sed quũ accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit vt †soporẽ queat inducere. Id verò, vt dixi, fieri consueuit, vel ab intemperie frigida, vel à pituita in cerebro exuperante.

† καταφορὰν, ἢ κάρον.

LIBRI SECVNDI

FINIS.

CL. GALENI

DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA

LIBER TERTIVS.

Sequitur hoc libro exercitatio particularis vniuersalis methodi: & primùm quidem ab actione læsa: deinde accidentibus tum propriis tum communibus principis animæ affectiones requirit, à cerebro ad olfactum progrediens.

Quòd actionum noxæ, ipsarum actionum instrumenta affecta esse declarant, aut primitiuè aut per accidens.

CAPVT I.

Locus.



E affectis locis, sic enim vocãt corporis partes, pauci admodũ medici scribere aggressi sunt, ac multo plura quã attigerint,

omise

omiſerunt. Itaq; cæteris ſilentio prętæritis vnius Archigenis haud indigni qui omnibus pręferretur, meminimꝰ. diximus enim eum ſermonẽ, quo aſſerit actiones quaſdã lædi, illæſa ea corporis particula, quę ipſis deputata eſt, diſtinctione egere. Defendi enim poteſt, ſi pars per alterius cõſenſum læſa, nondum permanentem habeat diſpoſitionẽ, ſed veluti vmbra quædam (vt ipſe dicebat,) inſit hæc ei affectio. Nam ſi ad ignem quis propius acceſſerit, vt ferè cõburi videatur, citra tamẽ vſtionẽ, dolebit quidẽ vehemẽter, ſed calfacta parte nihil adhuc patiente. Sic etiam vbi ambiens aër vehemẽter frigidus, aut aqua exactè frigida, aut nix infeſtat, grauis admodũ dolor excitatur. Atqui ablata re quę nocuit, protinus conquieſcit affectio. Quãobrem ſatius fuerit, vt dicamus, nomine id ipſum indicante, affici quodammodo eam partem, quæ alteri conſentit. Neq; enim pars quæ nihil patitur, ſed ea quæ cũ alio patitur, cõſentiẽtis vocabulo ſignificatur. Itaq; quũ affecto ſtomacho, oculi ſimilibꝰ infeſtãtur caſibus, quales in ſuffuſionibꝰ apparere ſolent, dicendum eſt illos pati, elato ad cerebrum ab humoribus in ventriculo cõtẽtis, fumoſo quopiã vapore: non tamen adeo afficiũtur, vt ablata re q̃ moleſtiã intulit,

Suffuſiones.

propria curatione egeāt. Verùm huiusmodi disputatio, vt dixi, ad dialecticā potius pertinet. Quæcūq; enim quæstiones vsum transcendunt, qualis sit rerū natura secundum propriam essentiam indagātes, haud dubiè logicæ esse censentur. Sic etiā Chrysippus philosophus de animi ægritudinibus scripsit. Vnum quidem de curandi ratione librum, quo scilicet maximè ad earum curationē vtimur, cui tres alios subiunxit, qui logicas continent quæstiones.

Quæstiones logicæ.

Chrysippus.

Quòd læsarum actionum modos cognouisse sit vtile.

CAP. II.

Archigenes.

QVod aūt melius fuerat, & huic nostro instituto cōmodius, Archigenes parum exactè declarauit. Quod certè modis actio lædi possit. Sic enim, & primario affectæ partes, & proprio vitio laborātes, aut quomodocunq; quis nominare voluerit, deprehēdātur, & curandi ratio abūdè nobis suppeditari possit. Ego verò in vocalibus instrumentis id iam exposui, ac in eo quoque qui in manu sensum amisit digitorum, ipsis non affectis, quippe inuenta in dorsi initio pars, quæ primo afficiebatur, idoneam curationem ostendit.

Vocalia instrumenta.

Digiti affecti.

Tri

Triplex læsionis modus per consensum.

CAPVT III.

Sed aliter eueniunt suffusionis accidentia, affecto vẽtriculo: atq; aliter ei, qui ab alto decidit, nullo existẽte in vocalibus instrumentis vitio, vox offensa est. Deniq; alia cõsensus specie laborabat is, cuius digiti sensum amiserãt. Siquidẽ oculi vexabãtur, ꝙ ascenderet ad eos aliquid: vox autem quòd materia eius esset oblęsa. Sed digiti idcirco torpebant, ꝙ sentiendi facultas ad ipsos nõ descẽdebat: proinde satius fortasse fuerit, vt existimes, tũ vocalia instrumẽta, tum digitos nulla affectione laborasse, id quod de oculis haudquaquam dixeris. Nam his vt fumoso vapore impletis, affectus ipse inest. Vocaliũ verò instrumentorũ, atq; digitorũ officiũ læditur, nõ quòd veniat ad eos quippiam præter naturam, sed quòd careant eo quod secundum naturam ad ipsos venire debet. Sanè secũdum dorsi spinã lęsa nerui origine, vis sentiendi digitis nõ influit. Neq; guttur resolutis intercostalibus musculis efflatũ spiritum recipit. Nihilominus rectè dixeris, in ipsis hanc esse passionẽ, quòd non perueniant ad ipsas partes ea, quæ antea quũ secundum naturam se haberent, venire solebãt. Etenim fontes affici haud absurdè pu-

Suffusio.

Officium vocalium instumẽtorũ quãdo læditur

tauerís,ſi non perueniat ad ipſos aqua. Sic
Cerealiũ quoq; frugũ è terra prodeuntiũ,
ſqualor immodicus, paſsio eſt, & anima-
liũ,cibi potionisq; penuria. Quoties enim
alicui deeſt illud,ſine quo ſecundũ naturã
munere ſuo fungi non poteſt, ipſum opti-
mo iure affectũ eſſe putãdũ eſt. Sed huiuſ-
modi quæſtiones(vt iam dixi)ad dialecti-
cam potius pertinẽt. Cęterùm magna me-
dicorũ pars negligit eas conſiderationes,
q̃ vel læſis,vel deperditis actionib⁹ neceſ-
ſariæ ſunt. Quum eñ duæ trésve fuerint
aliquãdo huiuſmodi actiones, accidit in-
terdũ, vt vna particula affecta, reliquę illi
cõſentiẽtes in ſuis actionibus ſimul lędã-
tur: interdũ verò, vt omnes eodem modo
afficiãtur. Atque accidit interdũ, vt harum
aliquę diſpoſitionem habeant(vt ita dicã)
hecticã, id eſt, quæ tenaciter hæret, reliquę
verò (vt ſic dixeris)cataſchesin, id eſt, q̃ fa-
cilè diſcutitur, de q̃bus 2. libro de Viuorũ
diſſectione, atq; in eo qui hunc præcedit,
iam diximus, ac nõnihil in ſequẽtib⁹ quo-
que dicemus, vt videlicet futurũ ſermonẽ,
q ſine huiuſmodi † definitionib⁹ explica-
ri nõ poteſt, perficiam⁹. Sed iam enarrare

Analogia.

Affecta pars quãdo dicatur.

Diſpoſitio hectica.

Diſpoſitio cataſchesin.

De iis copiosè 8. Method. ſub initium.

† Διορισμὸς methodus eſt qua ſimilia, diſsimilia: eadem, diuerſa: propria denique & cõmunia ſeparat, in qua tota vis Logicæ ferè ſita eſt.

aggre

aggrediamur id, quod admodũ vtile fuerit prædixiſſe, propter eos, qui verbo quidẽ demonſtrare nituntur, affectorũ locorum inueſtigationẽ Medicis eſſe neceſſariam, opere verò illã euertunt. Atque vnum aliquẽ affectum pro exemplo ſumamus, ſitq; is pleuritis, in qua latus eſſe affectũ, dolor ipſius declarat. Sed vtrũ quę ſuccingẽs appellari ſolet ſiue mẽbrana, ſiue tunica (nihil eñ refert) inflãmetur in pleuriticis, an alia quædã lateris particula, prætereà vtrũ pulmo ſecũdum fibras neceſſariò afficiat, an omnino affectionis ſit expers, ſcire nihil ad rẽ ꝑtinere autumant ij, qui vſum & experimenta præferũt: dicunt enim multos ſe vidiſſe pleuriticos, tũ à præceptoribus, tum à ſe curatos, obſeruatis iis præceptis, q̃ ab Hippocrate in libro de Ratione victus in acutis morbis, pręſcripta ſunt: itẽ quid ipſis proſit, & q̃d noceat noſcere, euidẽtia ſigna habere, quibus diſcãt cui venã ſecare oporteat. Inſuper de fomentis, cataplaſmatis, victus ratione, alui ductione, nihil ſibi ad cõpletã notitiã deeſſe, idq; ex longa experiẽtia. Sed quid vel Hippocratem, vel aliũ quempiã illo priorẽ induxerit, vt hæc inueniret auxilia, ſe penit⁹ ignorare: ſatis ipſis eſſe, ſi iã dictis remediis cõmodè vtant: id quod alios quoq; artifices

Pleuritis.

Empiricorum defenſio.

Libro 2.

Lege Celſum lib. 1.

facere videmus. Neq; enim faber, siue lignarius, siue ærari', neq; cerdo, quo pacto artes suæ fuerint inuentæ, inquirunt: sed à præceptoribus edocti, vsu eas probant, & cõfirmant, atq; sic clarũ nomen assequuntur. Equidẽ, vt verùm fatear, quũ medicos ꝗ se empiricos ab experientia nominãt, talia proferẽtes audio, inducor certè vt probabiles putem eorum rationes, videturq; mihi, qui rationalem medicinam profitẽtur, contra illos parũ idonea se respõsione tueri. Proinde vt cæteris in rebus omnib' temerariũ ascẽsum semꝑ refugi: ita in inuestigãdis singulorũ morborũ remediis, diu multũq; apud me cogitaui, an logica demõstratione indigerẽ, an sufficerẽt ea pręcepta, quæ ab experiẽtia, & præceptorib', atq; ex me ipso didicerã. Igitur ea q̃ diutina inquisitione longè optima iudicaui, ita me dij amẽt, veritatis amatores docere nõ grauabor. Nihil enim causæ est, quãobrẽ mẽtiar: quod facere solent ij, qui vni sectæ addicti, omnem ex ipsa gloriam quærunt: quippe cõtentiosè eos defendere oportet, eam sectam veram esse, quam vnicã nouerunt: nam ex nullo alio disciplinarũ genere gloriã sperare possunt. Ego verò reipsa, & publicè, & priuatim, apud eos videlicet qui sectã quãlibet à me discere cupiebãt, osten

Gale. deliberatio de empiricis & dogmaticis.

Dogmatici.

Gale. iactantia.

ostendi in omniũ sectarũ scientia (ne maius quicquã dixero) me esse posthabendũ nemini. Quòd si vni sectarũ patrocinium ferre velim, quãuis ex tempore ac pro re nata dicẽdum fuerit, haud tamẽ facilè ab aliquo cõuinci me, rationum penuriâ, patiar. Nõ enim (vt nõnulli faciunt) ex libris eas didici, sed præstãtissimis in vnaquaq; secta præceptorib⁹ vsus sum: neq; sanè oodisse possim empiricos, quorũ præceptis sum institutus, vel dogmaticos: pari enim studio oĩb⁹ dedi operã, versatusq; sum cũ præstantissimis in vnaquaq; secta præceptoribus. Itaq; innotui Romæ, tũ primoribus eius vrbis ciuibus, tum imperatoribus deinceps omnib⁹, & quidẽ ob artis opera, non ob sophisticas rationes: quãobrẽ nihil prohibet, quo minus de vnaquaq; secta verè dicã ea quę sentio. Igitur per artis exer- Cõclusio. citationem cõperi, eam remediorũ inuentionẽ quæ ex vera demonstratione procedit, in his quæ rarò accidunt, experientiæ longè præstare. Vnde multos morbos curaui, maximè cõtrariis pręsidiis: interdum & iis quæ experiẽtiâ & vsu cognita sunt, quę quidẽ in libro de curãdi via & ratione latiùs explicaui. Nũc verò ea dũtaxat pstringã, quæ nostro proposito magis accõmodata videbuntur. Nã cõperi lęsas actiones Læsæ actiones.

non ſolùm ob ſimilares, à quibus ædũtur, ægrotantes: verumetiam ob alias quaſdã particulas, quæ licet actionem nõ habeãt, vſum tamen quendam præſtare videntur. Sic etiã inſtrumentalium partiũ morbos, actioni nocentes deprehendi, quibus præcognitis, inueni deinceps morbos quoſdã, cõtinenter plurimos homines infeſtãtes, alios verò rarò accidẽtes. Atqui experimẽta tantũ ſpectantes Medici, non ea quæ rarò, ſed q̃ crebrò accidũt, memoria & imitatione aſſequunt̃. Quocirca diſpoſitionũ rarò euenientiũ, non ſolùm curationem, verùm etiã præueniẽtes ipſarum notiones negligunt. Proinde primũ inueſtigaui quomodo cognoſcẽdæ ſunt, inueniq; earum quaſdam ſcientifica deprehẽdi poſſe

Artificioſa coniectura.

notitia, nõnullas verò artificioſa vocata cõiectura, atq; idcirco ipſas magna ex parte rectas. Eiuſmodi eñ eſt artificioſæ cõiecturæ vis. Verũ & has ipſas, & diſpoſitiões eis priores, quæ videlicet ſcientificã notitiã admittunt, indigere ſemper inueni affe-

Gale. gloria.

ctarum partium notione. Itaq; medicinã profeſſus, vſque ad ſenectutem, nullam in hodiernum vſque diem calumniam ſubii, neq; curando, neq; præſagiendo, id quod celeberrimis quibuſdam medicis interdũ accidere memini. Quòd ſi quis gloriã ab

arti

† *Via hac & ratione, & si fieri poßit, ea periodo, quæ vocatur τεκμηριώδης, morbos cognoscas, & remedia inuenias, vtrumque quidem ἐπιστημονικῶς scientificè, aut certè*

artis operibus, nõ à sophisticis sermonib⁹ assequi voluerit, is nullo negotio facili cõpendio colligere poterit ea quę per omnẽ ferè ætatẽ diligenti inquisitione inueni. Idq́; sibi persuasum habeat, † hac via & ratione, medicamenta me inuenisse, quibus morbos rarò eueniẽtes curarẽ, cùm antea neq; præceptorẽ vidissem huiusmodi morbos curantẽ, neq; ipse aliquod expertum haberẽ remediũ: id quod per deos immortales affirmare nequaquã timeo. Quippe vitiata actiõe, semp̃ inuestigare studebã, quænam sedes, vel ipse afficeretur, vel alteri consentiret: quumq́; eam inuenisse persuasum mihi esset, tum dispositionẽ ipsam quærere, atque ex vtrisque totius curatiui generis indicationem sumere, simul remediorum & quantitatem, & qualitatem, & idoneam materiam inuenire. Præterea cũ prędictis, & ætatem, & naturam laborantis, tum anni tempus, & terrã, & id genus alia, quorũ in Hippocraticorum librorum enarratione memini, perpẽdere operæpretium ducebam. Verùm superioribus duobus libris hunc præcedentibus, nisi fluxa

στοχαστικῶς coniectura quadam q̃ sit particeps artificij.

Methodus Galen. in morborũ curat.

Affectorũ locorũ quintuplex deprehensio.

admo

admodũ fuit memoria, didiciſtis affectas ſedes quinq; modis poſſe deprehẽdi. Nempe ab excrementis, atque iis quæ affectis partibus † adnaſcuntur, item actione læſa quibus cõnumerantur & color præter naturam, & figura. Sed excrementa trifariã diuiduntur: aliquando enim affectarũ ſedium partes, ipſarũ videlicet eſſentia vel ſoluta vel diſſecta excernuntur, interdum ea quæ in ipſis continentur, nonnunquam aliquid quod morboſas diſpoſitiones ſequitur: idq́; vel † ſolas, vel ſemper vel magna ex parte. Cùm itaq; in quibuſdã affectibus, nulla alia mihi pateret via, ſola actionis læſio, ſatis conducebat ad affectarum partium inuentionem.

† ἐπιτρεφομένων quæ ãteà vocabat ἐπιφυόμενα.

Excremẽta triplicia.

† Vt videlicet repudies quæ philoſophi appellant τὰ ἐπιόντα & alia ὡς ἔλαττον, ex quibus neque ſciẽtia fit, neque coniectura artificialis.

De memoria perdita, deq́; aliis affectibus qui circa principem animæ facultatem euenire poſſunt.

CAP. IIII.

IGitur cùm deperditã cuiuſdam memoriã reſtituere oporteret, eſſemq́; adhuc iunior, ac neque præceptorem vnquam vidiſſem, qui huiuſmodi affectionẽ curaſſet, neque apud vllum antiquorum curationẽ legiſſem. Primũ quidẽ apud meipſum inueſtigaui quænã pars eſſet affecta, cui topica, id eſt, localia vocata remedia adhiberẽ, prius videlicet vniuerſi corporis curatione

Memoria læſa.

Topica remedia.

tione præmiſſa. Id enim commune præceptum eſt, quod in omnibus morbis obſeruare oportet. Deinde qua via, ratione, remediorũ ſingula inuenirẽ. Cæterùm affectam ſedẽ eam ipſam exiſtimaui, qua princeps animæ vis cõtinetur. Medicamẽta autem ea adhibenda eſſe, quæ huius ſedis diſpoſitioni aduerſarẽtur. Interim oratos habere velim omnes, qui in horum cõmentariorũ lectionem inciderint, vt pruritũ, † rabiem, vel inſaniã, quam de ſectis conceperunt, deponant, deinde ſic vt probos viros decet, dicendorum ſeriem conſiderent. Equidẽ quum ea quæ iam ſupra propoſui, perpenderem, accepi Archigenẽ librũ quendã, de oblæſæ memoriæ reſtauratione edidiſſe, quocirca omnes bibliothecas illico percurri, conueniq; bibliopolas omnes, atq; Medicos quoque, quos & viri & ſcriptorum eius ſtudioſos eſſe ſciebam, quò eius libri copia mihi daretur, ſperans in eo remedia me inuenturũ, locũ autem affectum minimè, quòd planè ſcirem nullam aliam à corde ſedem huic affectioni ipſum deſtinaſſe, ſecta ipſius cõſtanter defendente, principem animę vim in ea parte ſedem ſibi vendicare. Porrò intelligere cupiebam quod intemperãtiæ genus, eius affectionis cauſam eſſe putaret: neq; enim dubi

Vniuerſæ corporis curatio præmittenda.

† Vel (vt vetus interpres) rabioſam litẽ, Græ eſt, τῆς ψώρας ἢ λύττης ἢ μανίας.

Intemperantiæ genera.

dubitabam, quin distẽperantiã aliquam pro causa afferret, vtpote qui sectam eius nõ ignorarem. Sciens itaque octo intemperãtiæ genera in qualibet particula posse cõsistere, quatuor simplices, & quatuor cõpositas, noscere cupiebam, quod intemperantiæ genus Archigenes læsæ actionis causam esse declararet: frigúsne, an humiditatem spiritus in corde, an compositum ex frigore & humiditate, aut ariditatẽ cũ frigore, putaret huiusmodi posse affectionem producere. Etenim manifestum erat, cũ in hac re nihil tribuisse calori. Sed quid demũ mihi acciderit, is qui huius sectę insaniã absterserint, iam narrare aggredior. Sanè primos eius libri sermones scripsi, vbi videlicet Archigenes curationem scribere aggreditur deletæ recordationis, siue obliuionis, siue memoriæ amissæ, aut læsæ, vel vtcunq; eam, quã suprà proposui affectionem nominare volueris: aut si nõ affectionem, sed morbũ, aut accidens, aut infirmitatẽ appellaueris, talia enĩ à sophistis tractantur, quæ ne minimam quidẽ vtilitatẽ ad curationis rationẽ afferũt. Verùm quo clariora reddãtur ea quæ posthac dicemus, hoc prędicere necesse erat, Archigenis vndecim libros epistolarũ scripsisse, in quorũ primo extat ad Marsum epistola, qua cõsu

Archigenis epistolæ.

lit

lit, vt patri memoriã restituere nitatur, atque ab initio statim post procœmiũ, vbi cũ rationẽ tractare incipit, ita ad verbũ ferè „ scriptũ est: Itaq; modici sanguinis iterata „ detractio, incipiẽte etiamdum malo, meo „ quidẽ iudicio, non parum conferre vide„ tur, nisi laborãtis fortè imbecillitas obsti„ terit. Deinde rursus inquit: Consultũ mihi „ videtur, vniuerso quidẽ corpori, & irrigationes, & fomẽta: deraso verò capiti cucur„ bitulas adhibere. His ita lectis (vt verũ fatear) † fastidio affect⁹ sum: idq; nõ ab re, ꝙ spe quã de viro conceperã, frustratũ me viderem. quippe qui millies, in multis cõmẽtariis suis, affectorũ locorum, atq; dispositionis ipsorũ sciẽtiam, necessariam ad rectã curationẽ esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde cõsequemur, nisi ab ipsis ad remediorũ inuentionẽ dirigamur? Qua igitur ò Archigenes ꝓbabili ratione ꝑsuasi, caput aggrediemur relicto corde: cui⁹ congenitũ quoddã opus memoria est, affect⁹ verò actionis, eius est deperditio? Quã dispositionẽ sanãdo, cucurbitula capiti adhibita, memoriã reuocat? qua ratione huiusmodi suades remedia? ita nũc quoq; inter visitandũ ægros, per cõmunes cõsultationes, video Medicos adinuicẽ ĩterrogãtes, quã ratione hoc poti⁹ quã illud adhibere

† ἐσκοτοδίνιασα, *conturbatus sum, perinde ac qui vertigine tenebricosa conturbãtur.*

sua

ſuaſerit: atque ij ne minima quidem negligunt, tantũ abeſt, vt tam grãdia, qualis eſt cucurbitula capiti adhibita ꝑtereãt. Neq; video, ſi pectori è regione cordis fuiſſet adhibita, qua ratione Marſi patrẽ iuuare potuiſſet. Præterea ꝓpoſita iam verborũ ſeries nõ explicat, vtrũ cõciſa antè ſcalpello, an integrâ cute, cucurbitulã thoraci aptare voluerit. Si enim forte fortuna, vt nõ nunquã euenire ſolet, frigida aridaq; fuerit diſpoſitio, ſanguinis qdẽ detractio ad extremũ ducit periculũ, ſolæ verò cucurbitulæ, non alio nomine, quà caloris excitãdi gratia, vtiles eſſe cẽſentur. Cucurbitulæ enim attrahũt ad ſeſe humorẽ ex imo, id quod aridæ diſpoſitioni maximè aduerſatur. Ignota itaq; diſpoſitione, quę vel caput, vel mẽbranas ipſi⁹ afficit, haudquaquã tutũ fuerit, in exteriores caluariæ partes materiã retrahere. Sic enim prędicere debuerat, ſi frigida humidaq; affectio fuerit, capite hoc modo diſpoſito, curationis ſummã ĩ calfaciẽdo exſiccãdoq; ſtatuere, atq; præſidiorũ materiam, quæ huiuſmodi habeant facultatem, adhibere oportet. Quũq; vix ex obſcura me vertigine recollegiſſem, ſequẽtia etiam legere aggreſſus ſum: inuenire me poſſe ſperãs, ſi nõ ꝑ ordinẽ, ſaltẽ ſine ordine, huiuſmodi aliquẽ ſermonem

Cucurbitula.

Phlebotomia.

Σκοτοδινία. quaſi offuſis tenebris nata verti-

monem, qualis is erat, quē nuper exempli cauſa percurrimus, deprehendi itaq; vniuerſum præſidiorũ catalogũ, vehementer calfacientē & exiccantē, adeò vt totũ caput, ſinapiſmo ab ipſo vocato, calfaceret, quamuis vehementiſſimũ ſit medicamentum. Deinde ablato ſinapi, caput nitro cõſpergere, mox aqua calida rigare iubet, quo medicamine nullum in arte medica violētius inuenies: ſi quidē dolorē veluti cauterium excitat, ſed diutius durat eius operatio. Itaq; Archigenes inferēs, inqt: Igitur intolerabilem habet dolorē, neque vlli vel maximorũ pręſidiorum cedit hoc medicamentũ. At verò ex ſinapi, naſturtio, grano gnidio, vua taminea (ſtaphida griam Græci vocant) apophlegmatiſmos: inſtituit, ac ſternutamenta mouere, & potiones propinare iubet: vtraque ex vehementer calidis aridiſq; medicamentis cõponēs. Vt facilè cõſtet ipsũ crediſſe, ad humiditatē & frigiditatē, vel cerebri, vel membranarum, hanc diſpoſitionem pertinere. Huiuſmodi enim diſpoſitio, ſi caluariam tantùm affecerit, hominē memoriâ haudquaquã priuabit. Verùm hæc obiter propterea dixerim, quòd exiccantia calorificaq; remedia inducit: quãquã nuſquã ab ipſo explicatũ eſt, humore frigoréque

go. atque hic locus ſatis oſtendit quomodo prius verti debuerit ἰσκοτοδινίασα, quod vel conturbatus ſum, vel perculſus vorti poteſt.

Apophlegmatiſmus Archigenis.

obliuionẽ cõſtare. Sed quis nõ indignabitur, vidẽs caput tãtis vexati negotiis, alia videlicet parte affecta? Cæterùm id quod de cucurbitulis ab initio indeterminatè protulit, posteà pergẽs huiuſmodi verborũ ſerie manifeſtiſſimè declarat: Atq; irritationes (inq̃t) quas ſinapi, cucurbituleq́; lenes intulerũt, leuare oportet. Sunt autẽ interdũ mitiores, interdũ vehementiores eſſe ſolẽt. Atq; efficaciores ſũt illę, q̃ cõciſâ prius cute, adaptãtur. Verùm ô clariſſime Archigenes, nulla tibi ſuffragari ratio poteſt, quãobrẽ capiti iſta adhibeas, ſi affectio cõſiſtat ĩ corde. Neq; ab experimẽto, vt interim empiricos alloquamur, talia poſsũt inueniri. Aeſtuãs q̃ſpiã ſub ardẽte febri, frigidã aquã per intẽperãtiã ingeſſit, & nonnihil præſidij expertus, medicis imitationis viã ſine rationali indicatione aperuit. Curcubitula verò, nulla occaſione duce, ſed ſola ĩdicãte ratione adhibet. Neq; enim ſua ſpõte cucurbitula ſeſe adaptare, neq; etiã ſi hoc det, per occaſionẽ

Remedia alia ratione, alia experientia, quædam vtraque via inuenta ſunt, & experientia eorum eſt quæ plurimum & certa ratione fiunt, vel eorum quæ caſu aliquo vel rarò quidem & ſponte ſua accidunt κατὰ περίπτωσιν. Itaque complexionem quam Philoſophi κατὰ διαίρεσιν appellant, perſequitur Archigenes, vt oſtendat, nullo modo inuenta remedia, ſi memoriæ ſedes in corde eſt.

aliq

aliquã capiti adhiberi poteſt, pręſertim in ea affectione, quæ rarò euenire ſolet. Interroganti verò mihi noſtræ tempeſtatis Medicos, præcipuè ſenes, & exercitatos curaſſent ne vnquã huiuſmodi affectum? oẽs penè reſpõderũt, nunquã id ſe tẽtaſſe, vno dũtaxat excepto, qui diceret curationem quidẽ aliquando ſe aggreſſum, nihil verò profeciſſe. Quo pacto igitur eorum, quæ caſu quodã accidunt, auxilia, vel experimento vel imitatione cognoſcemus, cùm rarò eueniat huiuſmodi affectus: neque fieri poſſit, vt cucurbitula per occaſionẽ capiti adaptetur? Frigidæ enim potio, cæteraq; id genus remedia, quorũ quotidie in multis creberrimũ facimus periculum, per experimẽta inueniri poſſunt: ſed cucurbitulę appoſitio, ſiue cõciſa prius cute, ſiue ea integra fiat ab experiẽtia occaſionẽ accipere non potuit. Quũ enim reliquarum actionũ ſedes quamuis nõ exactè ad inuentionẽ tamen remediorũ, ſatis ſenſibus dignoſcantur, in memoria id cõcedit minimè. Reliquas voco affectiones, vt lateralem morbũ, peripneumoniã, nephritidem, diſpoſitionem colicã, hepaticam, ſplenicã, aut veſicæ, aut vteri affectus, atque id genus cæterarum partiũ. In quibus omnibus, & dolores, & ea quæ per

Frigida potio.

meatꝰ excernũtur,& ſi nõ exactiſſimè ſaltẽ in latitudine ſedẽ affectã declarãt.In laterali enim morbo, facilè eſt vniuerſo lateri adhibere quicquid volueris,ſimiliter vẽtri in colica,quemadmodũ ſi hepar aut lienis inflammetur, præcordiis,atq; haud ſecus in cæteris partibus. Deperdita verò memoria,nullũ affecti loci ſignũ neq; tumor pręter naturã, neq; dolor aliq̃s, neq; excretio,neq; aliud quidpiã extat. Quẽadmodũ neq; in melãcholia, phrenitide,mania,morbo comitiali, lethargo,ſopore, & in ea affectione quã recẽtiores medici catochen, id eſt vigilãtem ſoporẽ nominãt, atq; catalepſi,id eſt occupatione: ac ne in iis affectibꝰ, q̃ vel toto corpore reſidẽt,vt ſpaſmis,& ſaltibꝰ: vel altera dũtaxat medietate, vt paralyſi:nullũ eñ ſignũ ab his tãquã ex radice ꝓdit. quippe neq; tumor pręter naturã,neq; dolor neq; color à priori mutatꝰ,neq; excremẽta, vnde Archigenes potuiſſet ĩuenire remedia:ſiquidẽ nugaces ſunt empiricorũ occaſiones,atq; Archigenis ſermones ducit ad cor. Verũ ſi cõcedamus ab experiẽtia dictarũ affectionũ auxilia ꝓdiiſſe, nũquid manifeſtè deprehendet᷑ falſa illorũ arrogãtia q̃ dogmatici vocãtur? ac ne ſimplex quidẽ illa reprehenſio erit,ſed gemina, atq; vtraq; fortis.

Catoche. *Catalepſis.*

Si

Si enim vſq; adeò vtile eſt experimẽtũ, vt nõ ſolùm citra rationẽ inueniat remedia verùm etiã coarguat rationẽ tãquã apertè falſam, tãtũ abeſt, vt ratio dogmaticis medicis ſit vſui, vt etiã nocere videatͬ. Sed (vt aiũt) ſatis reprehẽditͬ id qđ inutile eſſe oſtẽditur. Quòd ſi ratio aliquãdo etiã nocere videatur, qđ maius argumentũ deſideras, quo ratiõis vitiũ oſtendatur? Porrò multas de principe vi animę ratiões, dialectico more interrogando inductas, vnà cum affectorũ locorũ vſu, quibꝰ euincere poſſis, in animalibꝰ affectibꝰ, auxilia cordi adhibẽda eſſe, ita ſubitò cõtẽpſit Archigenes, alioqui in curãdi ratione exercitatiſſimus, vt neglecto pectore, capiti cucurbitulas adaptaret: ipſumq; licet haudquaquã affectũ & incideret & vreret. Nũ igitͬ per Iouẽ mẽtitus ſum pauloantè, cùm dicerẽ rationalem viã, qđ ad remediorũ inuentionẽ pertinet, oĩno prodi ab his ſcilicet qui patriæ, quàm ſectę ſuę ꝓditionem æquiori ferrẽt animo? quippe proditionẽ eſſe arbitrãtur, ſi vera dicendo, diſſentiendũ ſit iis, quibꝰ ea ſecta defenditur. Igitur vt in præſentia turpem cõtentionẽ manifeſtè declarãt, ſic etiam haud obſcurè dementiam ſuã produnt: cùm putant omnia ſua decreta turbari, ſi aliquãdo vel in vno

Variorũ philoſophorum placitorũ enumeratio.

reprehendantur. Placitorũ enim alia mutuâ cõſequẽtia cohærent, alia inter ſe pugnant, alia neque çõſequuntur ſeſe, neq; pugnant neceſſariò: vt in hac ipſa de principali animæ poteſtate, quæſtione: ſiue enim in corde, ſiue in capite ſedẽ ei ſtatueris, poteris de naturæ elemẽtis, quãcunq; volueris eligere opinionẽ, cũ priore ſentẽtia neq; pugnãdo, neq; cõſequẽs aliquod adducẽdo: haud ſecus de generatiõe quoque & corruptione, de animę eſſentia, de diis, de prouidẽtia, de fato: itẽ genitus ne ſit mundus, an ingenitus, finitus, an infinitus: præterea an plures ſint mundi, numeroq; incõprehenſibiles, an vnus duntaxat. quippe nulli iam dictorũ placitorũ repugnat, neq; ad vllũ ipſorũ ſequitur, ea quæ de animæ vt principali habetur opinio, ſiue in corde, ſiue in cerebro eã contineri dixeris. Itaq; vniuerſam ſuam ſectam dogmatici prodũt, qui huiuſmdđi ſcribũt cum rationes, cùm de præcipua animi vi adeò manifeſtę ſint demõſtrationes, vt omnib⁹ ferè hominibus nota ſit pars in qua reſidet, ſolis Medicis ſummiſq; philoſophis qui in corde eã collocant, non appareat. Demõſtrationes verò ipſas, in cõmentariis quos de Hippocratis Platoniſq; dedecretis edidi, iã dixi. Porrò rationalem

Sedes animæ præcipua.

animæ

animæ vim in cerebro, virilem verò atq; irascibilẽ in corde, cõcupiscibilem in iecore sitam esse, nemini nõ persuasum est. Id quod quotidie dicẽtes audiendo, discere licet. Quippe fatuũ aiunt cerebrũ nõ habere: timido & pusillanimi, corde esse. Tityo verò iecur ab aquila erosum, nõ solũ poëtæ, verùm etiã pictores sculptoresq́ue fingũt.

Tityus à vulture Verg.

Sed tẽpus est vt ad propositũ redeamus. Sanè in confesso est omnibꝰ Medicis si opera spectes quæ rationali potestate affecta laborãtes faciũt, caput propriã rationis esse sedẽ.

Caput ꝓpria rationis sedes.

proinde cõsideremꝰ oportet, qualis sit in vnaquaq; affectione dispositio, de læsa memoria principiũ faciẽtes: siquidẽ de ipsa loqui statuimus, hæc autẽ affecto cerebro nobis occurrit, vitiata simul quodãmodo ratione.

Memoria læsa.

Quemadmodũ si ratio lædatur, memoriam quoque lædi contingit, vtriusq; noxâ ab eâdem dispositione procedente, quæ vbi vehementius intenditur, simul cũ memoria ratio quoque deperditur: quæ affectio, stultitia nominatur. Sic in lethargo etiã, atq; omnibꝰ soporosis affectionibꝰ, vtræque pereunt.

Stultitia. Sopor. Lethargus.

Atque dispositionem ipsam, secundũ primum genus, similem esse necesse est, nẽpe intemperiem. Iam enim explicauimus eã similarium partium, quæ primò operãtur

communē eſſe diſpoſitionē. Secundũ verò alterũ genus, frigida oīnò intēperies eſt:hæc enim animales actiones torpidas efficit ꝙ animalia quæ per frigora latere cogũtur, haud obſcurè declarãt.Id etiã in frigidis medicamētis videre eſt,ac frigidis quoq; cibis: ſiquidē lactuca graues inducit ſomnos, ſi multã ipſius quãtitatē quis ingeſſerit.Verùm etiã capitis grauitates quę videlicet ſine mordaci infeſtãt dolore,ſomnũ,ſoporēq; afferũt,quibus apophlegmatiſmi magnificè opitulari viri videntur.Ad hęc nō mediocri argumento ſunt,capitis & ardor & refrigeratio,ſiquidē ardor,vigilias:refrigeratio, ſoporē inducit.Itē bilioſi calidiq; morbi,vigilias deliria, phrenitides: cōtrà pituitoſi frigidiq;,ignauiã,ſoporēq; efficiũt.Quippe qđ ad vigilias ſopotesq; ꝑ morbos ꝑtinet,calida frigidaq; intēperies primã ſibi facultatē vendicat:altera verò ab hac,ad humiditatē ariditatēq; refertur. Nã balneę,eò ꝙ caput madefaciũt,ſoporiferę ſunt.haud ſecus vini moderata potio, oēs cibi humectantes:atq; ex ætatibꝰ pueritia quidē,ob humorem ſomnolenta eſt. Senes verò,ob ariditatē,vigiliis vexantur. Igitur omnia hæc argumento eſſe poſſunt, ad animi ignauiã inducendã, humiditatem præter

Animalia latentia.

Vigiliæ Sopor. Balneæ.

Vini moderata potio.

23. Apho. 4. in comment. gal.

naturã, secũdas partes obtinere: frigiditatem verò priores. Proinde vt humiditas abũdãs, vel sola, lõgos profundosq; somnos: ita & ariditas quoq; sola, vigilias efficit. de quib⁹ dispositionib⁹ ab Hippocrate dictũ est: Somnus aut vigilia, si alterutrũ modũ excessit, malũ est. Quòd si frigus cũ humore vehemẽter intẽdatur, soporẽ, stuporemq; cõstituit: sine hoc verò, memorię nocet, stultitiãq; inducit. Quum itaq; nõ solum in frigiditate humiditateq;, verùm etiã in ariditate, & calore, non paruũ, secundũ magis & minus, sit discrimẽ: nihil mirum si multifariæ inueniantur causæ, quę animales actiões lædere possint. Cæterùm clarioris doctrinæ gratia, rationalis animæ actiones, principales: irrationalis verò, morales vocẽtur: sed has in præsentia silentio pręterire decreuimus, nondũ enim vel cordis, vel iecoris affect⁹ tractare ꝓponimus. Igitur queãdmodũ somnus, & vigilia, si modũ excesserint, ille ob humiditatẽ, hæc verò ob intẽperantiã fit aridam: ita & in his ipsis, & magis, & minus, tum in somnis, tum vigiliis, sequitur maiorẽ aut minorem, vel humiditatẽ vel siccitatem. Cumq; bifariã (vt iam declaratum est) fiant huiuscemodi intemperies, duplex quoq; erit vtriusque dispositionis

De senibus. 3. Apho. 3.

Actiones principales.

Actiones morales.

modus : vnus quidem in humidis ſicciſq́; humoribus, alter verò in corporibus ſolidis, ſi aliquãdo in eaſdem intẽperies ſolidæ partes atque humidæ inciderint. Præterea quamuis iam dictæ tẽperies ſint cõtrariæ, fit tamen ex ipſis mixtum quoddã

Vigilans ſopor. temperamentum, vt in vigilanti ſopore, quum pituitoſus bilioſuſque humor abũdauerit. Ita in calidi frigidiq́; contrarietate, eoſdem quoque modos inuenire licet, tum ſimplicibus intẽperantiis, tũ ex ambabus cõpoſitis. Pituitæ enim ſi bilis miſceatur, flauam dico, mixta fit ex calido frigidoque diſpoſitio. Quòd ſi in ſolidis corporis partibus mixtã in contrariis diſpoſitionem fieri fateamur, tres ab ipſa prodibũt ex vtraq; contrarietate intemperies. Igitur huiuſmodi affectus omnes cerebro aduenire ſolent, ſed inter ſe differunt, nõ ſolùm mixtionis varietate, aut eo quòd magis minúſve intendũtur, tum in ſimplicibus, tum mixtis diſpoſitionibus: verùm etiã quòd vẽtriculi cerebri interdum afficiuntur huiuſmodi intemperantiis, interdum vniuerſa eius vaſa, aut humiditas quæ per corpus cerebri diſperſa eſt. Accedit ad hæc quartus quoque modus, quum videlicet ipſummet corpus cerebri intemperatum redditur.

Mixtæ diſpoſitiones.

Qualis typhomania primo Prorhetic.

De

De ſtultitia, ſopore, lethargo, phrenitide, mania, & conuulſione.

CAPVT V.

QVorum itaque vel memoria, vel intellectus periit, ſomnos obſeruare oportet (quippe intellectus amiſſio ſtultitia eſt) vtrũ vehementer, an modicè ſomnolẽti ſint, aut omninò nõ ſomnolẽti, ſed quantũ ad ſomnũ pertinet, ſecundũ naturã ſeſe habeant. Sic enim vincentem inuenies intẽperiem. Prætereà cõſiderãdũ eſt, vtrũ excernãt quippiã, vel ex naribus, vel ab ore, quod à capite defluat, an aridę huiuſmodi partes ſint: quippe ex iis diſpoſitionẽ ipſam cõiecturâ cõſequi poterimꝰ. Quẽadmodũ in deſtillatione & grauedine vſu venit: ſiquidem in iis, & qualitas & quãtitas excrementorũ, atq; cauſarũ quæ præceſſerũt contẽplatio, capitis diſpoſitionẽ declarat: ſiue calida fuerit, vt in vſtione: ſiue frigida, vt in refrigeratione. Niſi enim omnia hæc diſcretè cognoueris, idoneam diſpoſitioni curationem haudquaquàm inuenies. Cùm igitur vel periit, vel grauiter læſa eſt memoria, frigida omninò intẽperies eſt: quocirca calefacere ipsã oportet: at verò exiccare, aut humectare, nõ neceſſariũ eſt: ſed ſi humiditati copuletur, arefacere: ſi ariditati, madefacere. Cæterùm

In ſtultitia ſomnus obſeruandus.

Deſtillatio.

Grauedo.

Amiſſa memoria.

terū ſi inter has mediū obtinet, ipſum cōſeruare oportet. Equidē noui quendā, qui ob laborem in ſtudiis atq; vigilias, memoriam penè amiſerat, lęſa etiā ratione. Item agricolam, qui ob labores quos vites colēdo ſubierat, ac tenuē victū, eodem modo affectus eſt, atq; ij certū eſt quòd exiccantibus, calorificisq́; lædebantur, madefacientia verò, quæ calefaciendi quoque vim haberent, haud mediocri ipſis erāt præſidio.

Lethargus. Phrenitis. Mania. Melancholia.

Itaq; læduntur etiam cùm febri principales animæ functiones, vt in phrenitide, & lethargo: interdū ſine febri vitiū eſt, vt in mania, & melancholia: id quod modò per cōſenſum, modò primaria affectione cerebro laborāte accidit. Quū igitur propriis accidētibus exactè diſcernūtur huiuſmodi vitia, & perpetua ſunt, neq; aliis præcedentibus ſuperuenerunt, primogenia affectione:

Primogenius affectus. Affectus per conſum.

quū verò propriis accidētibus diſcerni nō poſſunt, neq; perpetuò permanēt, atq; ad alias affectiones cōſequuntur, per conſenſum ipſa conſtare dicimus. Neque latere nos debet vbi per cōſenſum quis afficitur, fiatq́; adhuc affectio, quòd deletis efficientibus ipſam cauſis, ipſa quoque ſimul deletur. Si verò conſentientes partes permanentem iam habeant diſpoſitionē, quamuis quieſcat cauſa efficiens, ipſa tamen

men

men permanebit affectio. Igitur quòd in cerebro cõsistãt omnes principaliũ animę virium affectus, in confesso habẽt omnes Medici, nisi quis vni fortasse sectæ addictus, aliter in animo sentiat, aliter depromat ex ore. At qualis sit intẽperies, nõ sine negotio inuenitur, medicũq; requirit, non qui laboret quomodò antiquis cõtradicat de animę principatu, re adeò aperta, & perspicua, vt eã in cerebro esse, etiã inter priuatos cõueniat: sed qui laboriosus sit, & inquirendo nõ defatigetur. Sed philosophis fortasse, vtpote in angulo sedentibus, faciliùs pro hoc errore quis veniã dederit. Medicis verò, qui iã in operibus ad senectutẽ vsq; versati sunt, ignosci sua cõtendendi libido, vel dicam veriùs impudentia, nõ debet: quippe qui vigilantibus, delirantibus, phreniticis, lethargicis, caput irrigare cõsueuerunt. Nam & Archigenes quoq;, vbi vitiata memoria medicanda est, aut stultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnquam exercitatus Medicus apoplexiã, morbũ comitialẽ, opisthotonon, emprosthotonon, tetanon, aliter curauit? quis denique mediam partẽ corporis resolutam? Nunquid verò vbi nerui conuulsione afficiũtur, omnes Medici vel experimẽta etiã ꝓfessi, summã curationis

esse

eſſe cēſent,primis vertebris remedia adhibere?quemadmodū vbi media quoq; vniuerſi corporis pars ſoluta eſt.Porrò cerebrum quoque calfaciunt,quemadmodum apoplecticos quoq; curare conſueuerunt. Sic etiā per morbum comitialē. At quum vel in ſtomacho, vel in alia quapiā parte affectio cōſiſtit,eam maximè & in primis curare præcipiunt.Cerebrum verò ita pręparāt,vt nō ita facilè afficiatur.Hæc itaq; potiſſimùm inquirendá ſunt,non principalis animę vis,quā nemo, niſi peruerſa fuerit mente,nō apertiſſimè cognoſcit. Neq; neruorum originem, diuinantium more, à diis petere,ſed ab experto diſſectore diſcere oportet. † Sunt enim nonnulli qui ſibi iam perſuaſerunt, neruos à corde oriri, eo quòd nequeunt inter ſyndeſmum, neruumq́ue diſcernere: quibus nōnihil etiam ſuffragari videtur ipſa homonymia:quippe copulę,à multis medicorū, colligantes nerui appellantur. Verū nulla vexabimur nominis inuidia, ſi modò non ſyndeſmos ipſos,ſed voluntarios(vt ipſi aiunt)neruos intelligāt, quos ſcilicet à cerebro initium accipere dicimus.Neq; enim illi, aut con-

Hi Ariſtote. ſequuntur lib.3. cap. 5.de hiſt. animal.

Neruoſum genus nō ſolum neruos ꝓpriè appellatos , ſed & tendones & ligamenta, & quicquid aliud exangue membranoſúmue veteri vſurpatione comprehendit.6.Epid.

uulſio

uulſionẽ, aut paralyſin, ad ſyndeſmos referunt: ſed eorum neruorum qui voluntatis imperio obediũt, affectionem eſſe dicunt. Conuulſo enim vniuerſo corpore, omnes quidem autumãt affici talem quampiam partem, quæ vt in arbore caudex ramorũ, ſic ipſa ſit omnium neruorum communis origo: idq; veluti caudex, nõ paucorum in vna parte, quemadmodum ramus, vt ſi vel crus, vel altera manus fortè fortuna cõuellatur, totius mẽbri conuulſio, neruorũ qui ad ipſum proueniũt, originẽ affectã fuiſſe declarat, rami cuiuſpiã exẽplo in arbore. Quòd ſi vniuerſum corpus afficiatur, communem originẽ omniũ infra faciem neruorũ, quæ arboris caudici proportione reſpondet, affectam eſſe putandum eſt: quæ ſunt primæ ſpinalis medullæ partes. Proinde exercitatiſſimi quiq; medici huic remedia adaptãt: cordis verò in hac affectione nullam omnino mentionẽ fecerunt. Si verò ſimul cum vniuerſo corpore, facies quoque cõuulſa videatur: nõ ſolùm eam partem quæ ex ſpina procedit, verùm etiã cerebrũ ipſum curamus: etenim labra quoque ſæpenumero conuulſa videmus, item oculos, frontis cutẽ, totam mandibulã, ſimiliter & linguę radicẽ. At quia omnes iã dictas partes, à muſculis ex cerebro ner-

Cõuulſio.

uos

uos suscipiẽtibus, moueri ex anatomicę didicimus, cerebrũ, ipsis sic laborãtibus, credimus esse affectũ: vbi verò ipsis illæsis, cęteras partes cõuelli viderim⁹, spinę initiũ affectũ esse fatemur. Hæc igitur sunt quæ prõptè discere, mox ipsorũ dispositiones cõsiderare oportet. Sed sunt nõnulli medici, qui dispositiones ipsas ne aggrediũtur quidẽ [† ζητεῖν. disquirere] sed certant super rebus manifestè apparentibus, iacturamq́; tẽporis nos facere cogunt, quod non erat cõsumendum respõdẽdo iis, qui recta medicorum [veterũ] decreta euertunt, sed inueniẽdo potiùs ea, quæ illi silentio præterierũt: & vel haud quaquàm res ipsas definierũt, aut eas sine demõstratione aut sine idonea definitione, aut nõ satis abũdè explicauerunt. Quemadmodũ Hippocrates, vbi neruorum conuulsionẽ, vel ob plenitudinem vel vacuitatẽ fieri dicit. Etenim verus est sermo eius, quibus verò rationibus fulciatur, vt fides ei adhibẽda sit nõ popularib⁹, sed doctis dũtaxat viris, & qui diligenter prima Medicinę rudimẽta didicerũt, notũ est. Hæc igitur quũ didicissem, facilè mihi persuasi, cõuulsionem fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate dictæ sunt. quippe si omnis motus qui à volũtate procedit, attractis musculis in eas quibus innascũtur partes,

Cur fiat conuulsio.

Lib. 6. Apho. 39

partes, fieri videtur, neq; poſſit fieri attractio, niſi ad ſuã originem retrahatur muſculus: cõſtat conuulſionẽ in cõuulſis partibus factã, hac ſola ratione à motu naturali differre, quòd præter volantatem [noſtram] ſit. Itaq; quemadmodum in eo, qui ſecundum naturã habet, voluntas in cerebro iuxta neruorũ origenẽ ordinata, motionis principiũ primis dat neruis, ac per ipſos muſculis, ita ſi ſine huiuſmodi principio inuenerimus, quę cauſa neruos cõuellere poſſit, modũ quo cõuulſio fiat, nos iã ſcire nõ temerè profitebimur. Etenim ſi videris aliquando neruoſa corpora, vt lyræ chordas, ob ambiẽtis aëris immodicã intemperiẽ, adeò vehementer, vt rũpantur, intentas, haud difficulter intelliges, idẽ in animantiũ quoq; neruis poſſe cõtingere. Sed quomodò affecto aëre tẽduntur chordæ vt rũpantur, ſi vel nimis aridus, vel admodùm humidus ſit? Nẽpe humor madefacit ipſas, vt in tumorẽ præter naturã attollãtur, qui mox eas extẽdit: ac veluti ſol tergora arefaciens contrahit, ita ſiccitas, chordas & trahit, & extẽdit. Sic lora quoq; quum ad ignem exiccantur, contrahi tendiq; videntur. His ita præcognitis, haud difficile inuentu fuerit, vtrũ ab ariditate, quę eſt humidę eſſentię defectus, & vacua

Voluntas in cerebro, motionis principiũ neruis præbet.

Comparatio neruorum ad fides lyricas & lora.

Ariditas. *Repletio.* tione, an ab humoris plenitudine, quę egestati aduersat̃, & ab Hippocrate repletio nominata est, affect⁹ ipse prodierit. quippe quũ conuulsio fit vel à labore, vel vigiliis, vel fame, vel sollicitudine, vel arida ęstuãteq́; febri, qualẽ in phreniticis videre est, causam eius esse ariditatẽ, vacuationemq́; rectè putaueris. Si verò tumulento cuipiã ac omnino pleno homini, qui videlicet in otio degit, id euenire conspexeris: non abs re à contraria causa conuulsionem ortum habuisse iudicabis. Atqui euacuationi cõtraria est repletio. Atque morbus quoque

2. aph.22 *Morbus comitialis.* *Epilepsia.* *Neruorũ rigor.* comitialis, conuulsio est omniũ corporis partiũ nõ perpetua, vt in emprosthotono, & opisthotono: atq; tetano (id est, neruorũ rigore) videre est, sed quæ ex tẽporum accidit interuallis: neq; solùm hac re, sed mẽtis quoq;, ac sensuum oblęsione, à iam dictis conuulsionũ generibus differt: vnde cõstat in supremis corporis partib⁹, cerebro videlicet, hunc affectum consistere. Cæterùm velox eius discussio, crassum humorem spiritus meatũ in cerebri ventriculis obstruentẽ, hunc maximè affectũ peperisse declarat, neruorũ principio seipsum quatiente, quo excutiat id quod noxium est. Ac fortassis per morbum comitialem conuulsio haud adsimilis est his quæ à spi

nali

nali medulla incipiunt cõuulſionibus, ſingulorum neruorum irrigatis proceſſibus. Verùm non ab ariditate vacuationeq;, ſed à craſſo ſemper humore, hãc affectionem induci, arguméto eſt, quòd & ſubitò fit, & ſoluitur confeſtim: nam ſubitariam meatuum obſtructionem, à craſſo viſcoſoque humore fieri conſtat. Etenim breui tempore fieri non poteſt, vt vel cerebrum, vel tenuior ipſius membrana, ad tãtam perueniat ariditatem, vt corio ſimile quippiam pati videatur. Accedit ad hæc, vt is qui ſic laborat, neque videat, neq; audiat, neque vllo ſenſu quicquam percipiat, ac ne conſequi quidem poſſit, quid factum ſit. Siquidem cum memorię viribus ratio quoque læditur. Ex his igitur omnibus planè conſtat, in cerebro hanc affectionẽ conſiſtere, impediente humore animalem ſpiritum qui in ventriculis eius cõtinetur, quo minus poſſit exire. Porrò quamobrem hic ſpiritus vocetur animalis, aut quæ ſit eius potentia, in eo commentario, quem de Hippocratis Platoniſque placitis ſcripſimus, iam demonſtratũ eſt. Sanè quum ea, quæ per diſſectiones apparere ſolent, accuratè conſideraremus, rationi conſonum videbatur, animã in cerebri corpore ſedem obtinere, atque in ipſo & rationis vim, &

ſenſibilium imaginum memoriã reſidere, ac primum ipſius inſtrumentũ, tum in ſenſilibus actionibus omnibus, tũ in his quæ à conſilio & voluntate prodeunt, ſpiritum eſſe qui in ipſius vẽtriculis maximeq; poſtremo, continetur, quamuis non contemnẽdus ſit medius vẽtriculus, perinde quaſi non valentiſſimus ſit: multis enim rationibus inducimur, vt hũc amplectamur, duos verò anteriores deſeramus. Verùm exacta horum notitia ad curationis inuẽtionem nihil ferè conducit. Nã ſatisfuerit ad probè curandum, noſſe ſedẽ affectam eſſe cerebrum, atq; in eius ventriculis humorem craſſum & viſcidum comprehendi. Igitur quemadmodũ hæc ad curationes quarum gratiâ, & affectas ſedes, & earũ diſpoſitiones inquirimus, ſunt vtilia: ſic craſſorum quoq; humorũ differentiæ, vtrũ videlicet pituitæ, an atræ bilis naturã habeãt, haud mediocriter ad curationẽ conferre videntur. Si tamẽ in præſentia nõ obliuiſcamur pituitoſos quidem eos nominari, quũ ſimpliciter ita dicimus, in quibus humiditas frigiditasq́;: melãcholicos verò in quibus ſiccitas atq; frigiditas dominãtur, quamuis magnæ peculiaresq́; interim differentiæ, tum pituitæ, tũ artæ bilis inueniãtur. Pituitæ quidem vnũ genus eſt, quod quotidie

Pituita. Atrabilis.

Pituitæ differentiæ

ridie vel screãdo, vel vomendo, vel emungendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenũ, vt ne sensum quidẽ lateat, ipsum esse dissimilare. Alia verò pituita, similaris quidẽ videt', licet fortasse nõ sit similaris, qualis est crudus humor qui in vrinis substat tũ is qui à Praxagora vitreus appellatur. Atq; ex hoc genere esse videtur saliua, quę neq; fluida admodũ est neq; aquosa. Verùm saliua nõ vnica dũtaxat qualitate gustũ afficit, nedum vniuersa pituita. Sæpenumerò enim & acrẽ & acidam, & † salsam in ore saliuã, manifestè deprehendimus, veluti cũ sani degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde quasi aquosa, saliua gustui offertur. Sic atra bilis quoq; secundum substantiæ varietatem non obscuras habet differentias. Nã alia est veluti fæx sanguinis, quę admodũ spissa est, fæcibꝰ vini haud absimilis. Alia verò, quã superior essentiæ est multo tenuioris, atq; vomẽtibus eã, & olfacientibus acida videtur, quę etiam terrã radit, attollit, & fermẽtat atq; ampullas quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed ea quam crassæ fæci similem esse dixi, in terrã effusa, non inducit fermentationem, nisi fortè in ardente febri ipsam pręassari cõtingat, neq; vlla etiã acida qualitate participat,

Vitreus humor.

Saliua.

† Salsam, vel à putredine, vel à salsæ humiditatis serosæ mixtione.

Atræ bilis differentiæ.

Morbus comitialis ab atra bile.

quandoquidẽ & ipsam nominare consueui melancholicum succũ, aut melancholicum sanguinem. Hæc enim, meo quidẽ iudicio, non rectè atra bilis appellari potest. Prouenit autẽ huiusmodi humor in quibusdam plurimus, vel à tẽperie ab initio cõparata, vel à cibis, qui (quũ in venis concoquũtur) in huiusmodi humorẽ transmutari solent. Igitur vt crassus pituitę succus, ita hic quoq; comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorũ cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus. Vbi verò in ipso cerebri corpore abundat, eam insaniæ speciẽ, quam Gręci melancholiã vocant, efficit. Quemadmodũ alter atrę bilis succus, qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modò sine febre, modò cũ febre, in cerebri corpore abundãs. Atq; hanc ob causam phrenitis nonnũquàm mitior est, quũ videlicet à pallida bile ortũ contraxit: interdum vehementior, quũ flaua bilis eam peperit: atq; insuper alia nonnunquã dementia occurrit ferina & melãcholica, flaua bile præassata. Deliria autẽ, quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per consensum fiũt: proinde eos delirare & desipere, non solùm Medici, sed priuati quoque dicere consueuerunt.

uerunt. Verùm ita affectos non nominant phreniticos, eo quòd phreniticorum inſania non quieſcit, mitigato febrium vigore, Igitur quemadmodum phreniticis, febris vnum quoddam accidens diſpoſitionum cerebri cenſetur: ſic (è conuerſo) in ardentium Febrium dementia, multis elatis ad ipſum vaporibus. Haud ſecus fit ea affectio quæ ſuffuſioni in accidentibus ſimilatur, à ventriculi diſpoſitionibus ortum trahens. Nam cerebrum ventriculo, & ventriculus cerebro, ſuas affectiones tranſmittit, idq́ue propter neruorum à cerebro ad os ventriculi deſcendentium magnitudinem, per quos etiam ſenſus huic particulæ, quàm vlli reliquarum corporis partium, acutior eſt. Quocirca capitis fracturas, quum ad membranas vſque perueniunt, bilioſus vomitus, ac interdum dolores capitis quomodocunque fiant, nauſea, ſtomachique morſio comitatur. Hypochondriacas verò & flatuoſas vocatas affectiones melancholica: triſtitia ſequitur, haud ſecus quàm acutam febrem dementia, & quibuſdam oris ventriculi diſpoſitiones, ea quæ in accidentibus ſuffuſioni ſimilatur affectio. Sic neruoſis partibꝰ inflammatis, promptiùs quàm reliquis, delirium ſuperuenire ſolet, idq; aſcendente ad

Suffuſio.

Sympathia ventriculi cũ cerebro.

Capitis fractura.

Hypochõdriacæ affectiones.

Vapor. Fumus. Fuligo. caput interdum per continuas partes solo calore, interdum verò spiritu vaporoso, vel fumoso, aut fuliginoso.

Multa ac ferè omnia quæ hoc capite dicuntur, in opusculo de melancholia scripta sunt, quod alij Hippocrati, quidam Galeno: nonnulli Ruffo & Poßidonio atribuerunt.

De melancholia. CAP. VI.

Crassi humores in cerebro.

PORrò quẽadmodũ hæ passiones, quibus caput per consensum afficitur, ita illæ quoq; q̃ primogeniæ ipsius affectiones sunt: non parum inter se differunt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundãt, interdum ei vt instrumentali, interdum vt similari parti nocent. Quum enim meatus obstruuntur, vt instrumẽtali: quum verò temperamentum alteratur, vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de Vulgaribus morbis præscriptus est: Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiunt, & contrà morbo comitiali laborãtes, efficiũtur melancholici. Atque horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc, vel in illã partẽ, infirmitas repit: si em̃ in corpus, epileptici: si verò in mentem, melancholici redduntur. Hoc sermone primũ quidem declarauit quòd,

Hippoc. libro Epide. 6. par. 8.

Epileptici.

Melãcholici.

quòd non ſemper, ſed magna ex parte horum affectuũ alter in alteriũ tranſit. Quippe nõ ſolùm melancholicus ſuccus, verũ etiam pituita morbum comitialẽ cõmittit. Igitur ea quam melancholicus ſuccus conſtituit, in melancholiam tranſit: quæ verò à pituita parta eſt, in aliam affectionem, de qua paulò pòſt dicturus ſum, permutatur, melãcholiã verò haudquaquàm efficit. Altera verò Hippocratici ſermonis pars, non paruũ contemplandi locum deſiderat. quippe quum anima ſit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipſarũ temperamento permutetur: Bilem, quũ cerebro veluti parti inſtrumẽtali nocet, ad cerebri corpus cõuerti ait, id quod in obſtructionibus fieri conſtat. Quum verò temperamentum mutando, ei vt ſimilari nocet, ad mentem eam repere dicit. Verùm hoc quod medici dereliquerunt, definire in primis neceſſarium eſſe videtur. Nempe vt in manifeſtis corporis partibus, interdum omnibus, eadem apparet temperies, vt in morbo regio, & elephante ſic vocato, & aqua inter cutem, & malo habitu, quæ à Græcis cachexia dicitur. Inſuper in his quæ ab hepate, atque ſplene pendent, colorum vitiis. Interdum verò vnius duntaxat partis, quæ videlicet

Anima.

Morbus regius.

Elephas.

Aqua inter cutem.

Cachexia.

Coloris vitium.

aut biliosum aut pituitosum [aut melancholicũ] humorẽ suscipit, tẽperies permutatur. Ita etiã cerebro accidit, vt nonnunquàm vniuerso in venis sanguine melancholico effecto, ob cõmune vitium, ipsum quoque lædatur. Nonnunquàm verò, reliqui corporis sanguine prorsus innocuo, solus is qui in cerebro cõtẽtus est, alteratur. idq; bifariam fit. Aut enim aliũde in ipm̃ deriuat', aut in ipsomet melancholicus humor genitus est, quũ videlicet internus calor aut flauam bilem, aut crassum atrũque sanguinem superassauit. At hæc distinctio non paruũ habet in curatione momentũ:

Sanguinis missio in melancholia.

siquidem vbi vniuersum corpus sanguinẽ melancholicũ continet, curationem à venæ sectione incipere oportet. Vbi verò solum cerebrum, infirmus (quod ad hanc dispositionẽ attinet) sanguinis detractione non indiget, quamuis ob aliam quampiã causam sanguis mitti possit. Vtrum verò

Melãcholici sanguinis notæ.

melancholicus sanguis vniuersum corpus, an solũ cerebrũ occupet, ita discernendum est. In primis vniuersi corporis habitum, qualis sit, cõsideres velim: meminerisque, quòd molles, & cãdidi, & obesi nequaquã humorẽ habẽt melancholicum. Macri verò, & nigri, & hirsuti, & q̃bus latæ sunt venę, aptissimi sunt, vt huiusmodi ĩ ipsis hu-

mor

† ἐξέρυθροι præ rubri, hîc enim ἐξ particula auget, Galeno interprete, atque hoc maximè si tristi & meticulosa natura sunt, non solum in melancholiam incidunt, sed elephantiasin, quæ tamen lenior est.

mor cumuletur, fitque interdum vt † rufo colore homines, affatim in melancholicã temperiem decidant: atque pòst hos flaui, idque maximè, quãdo & vigiliis, & multis laboribus, & sollicitudine, & tenui victu fuerint educati. Quib⁹ hæ quoq; notæ cõueniũt, an hęmorrhois aliqua restricta sit, aut alia quæpiã cõsueta sanguinis vacuatio, aut mulierũ menstrua. Insuper quibus cibis quis fuerit vsus, vtrum iis qui suapte natura melancholicũ sanguinẽ pariũt, an è diuerso. Porrò qui melancholicũ sanguinẽ efficiunt, hi ferè sunt, caprina bubulaq; caro magisque hircinæ & taurinæ, sed maximè asinorum camelorumque carnes, nam & his nonnulli vescuntur: item vulpinæ caninæque carnes: atque magnam in huiusmodi sanguinis generatiõe vim obtinet ex lepore cibus, sed multo magis ex apris: ac limaces quoq; melancholicũ sanguinem pariunt, si frequens sit eorũ vsus: præterea omnes terrenorũ animaliũ carnes sale conditæ, aquatiliũ quoq; carnes, vt thunni, balenæ, vituli marini, delphini, canis, atq; cetaceorũ omnium. Ex oleribus autem, brassica ferè sola, huiusmodi sanguinem

Cibi melancholici.

Lib. 3. aliment.

Lentiſcũ gignit Italia, cuius reſina maſtiche dicitur.

guinem gignere conſueuit, quẽadmodũm & arborũ germina, vbi vel muria, vel oxyhalme cõdiunt, præcipuè lentiſci, terebinthi, rubi, canirubi. Leguminũ verò omniũ maximè lentes, inter melãcholicos cibos numerant, mox panis furfuraceus, & q ex tipha, aque vitiatis ſeminibus factus eſt, quorũ apud quaſdã nationes vſus loco frumenti habetur. Verũ de iis in primo libro de Ciborum facultatibus iam dictum eſt. Prætereà vina craſſa nigraque aptiſsima ſunt, vt ex ipſis melãcholicus humor fiat, præſertim ſi q s abundè ipſa ingerẽs, oblata occaſione in multo corpus calore cõtineat. Vetus denique caſeus, vbi forte fortuna in corpore fuerit ſupercalefactus, facilè huiuſcemodi parit humorẽ. Igitur ſi quis anteà quã in morbũ inciderit, huiuſmodi victus ratione fuerit educat⁹, maiorẽ quandã inde licet facere cõiecturam. Si verò boni ſucci cibis vſus fuerit, cõſiderare oportet exercitationes ipſius, mœſtitiã, vigilias, ſolicitudines. Sunt etiã nonnulli qui per febriles (vt dictũ eſt) morbos melancholicum humorẽ contraxerunt: atque ad efficatiorẽ notitiã non parum confert anni tempus, ac præterita præſensque conſtitutio, item terra, ac laborantis ætas. His itaque omnibus præmeditatis, quũ ſpera-

Melãcholicus morbus per febriles morbos cõtractus.

ueris in vniuersi corporis venis melãcholicum sanguinem contineri, quo certiorẽ habeas notitiam, cubiti venã seca, præcipueq; mediam, quæ cõmunis est, & ei quæ humeralis nominatur, & ei quæ per axillã ad manũ fertur. Quòd si tũ fluens sanguis nõ videat melancholicus, † statim supprimat. Si verò talis appareat, vacua quãtum pro laborãtis corporis habitu satis esse cõieceris. Est prætereà tertiũ melãcholię genus, morbi comitialis exẽplo, quũ ortum à vẽtriculo habuerit. Solẽtq; Medicorum aliqui hanc dispositionẽ hypochondriacũ flatuosumq; morbũ nominare. Verùm satis mihi fuerit ea accidẽtia ꝑcurrere, quæ à Diocle præscripta sunt illi asidere, in libro cui titulus est, Affectio, causa, curatio » in quo Diocles ad verbũ ita scripsit: Porrò » alius oritur à vẽtriculo morbus, qui suprà, propositis nõ disimilis est: nominaturq; » ab aliis melancholicus, ab aliis flatuosus, » quẽ sumpto cibo maximè coctu difficili, » & caustico, sputũ humidum, idemq; mul» tum comitatur: item ructus acidus, flatus, » ęstus, in pręcordiis fluctuatio nõ illico, sed » quum retinuerint, interdũ ventriculi quo» que vehemẽtes dolores, qui nonnullis ad » dorsum vsque procedunt, cõcoctis deinde » cibis quiescunt, mox aliis ingestis eadem

rursus

Vena media in melãcholicis secanda.

† Statim quidẽ, hoc est detractis ferè vnciis duabus, quia aliquãdo effluit primùm tenuis, statimq; crassior sanguis consequitur

Melãcholia à ventriculo orta.

rurſus reuertũtur accidẽtia, quę interdum ieiunos, interdũ etiam à cœna moleſtant, atq; euomunt crudos cibos, & pituitã, vel ſubamaram, vel calidã, vel acidam: adeò vt nõnunquam dentes torpedine afficiantur. Atq; horum plurima ab ineũte ſtatim ætate eueniunt. Vtcunq; tamẽ acciderint, omnibus in tempus producũtur. His præſcriptis, Diocles mox cauſam ſubiungens,

Cauſæ flatuoſæ melancholiæ.

ita ſcribit: Cæterùm flatuoſas vocatas ſuſpicandum eſt, plus caloris quàm decet habere in his venis, quæ alimentũ à ventriculo excipiũt, ſanguineq; in ipſis craſsiorem factum. quippe conſtat has venas eſſe obſtructas, vel hoc argumento, quòd alimentũ corpori nõ diſtribuitur, ſed in ventriculo manet incoctũ, quum ipſum meatus anteà ſuſciperent, magnã ipſius partẽ in imum ventrem excernerent, tum quòd poſtero die vomitu reiiciant, vtpote non digeſtis per corpus cibis. Sed quòd calor id quod ſecundũ naturã eſt excedat, facillimè intelliges, tum ab æſtu, qui ipſis accidit, tum ab his quæ ingerũtur, ſiquidẽ iuuari vidẽtur à refrigerãtibus cibis, qui videlicet calorẽ refrigerare extinguereq; ſolent. Deinde alia quoq; Diocles iam propoſitis in hoc ſermone addidit: Aiunt autem nonnulli, os vẽtriculi quod inteſtinis

,, cõtinuãtur, in huiuſmodi paſsionibus in-
,, flammari, ac ob inflammationẽ ipſam &
,, obſtrui & prohibere, ne alimenta ſtatuto
,, tẽpore ad inteſtinũ deſcẽdant: quãobrem
,, diutius quàm decet, in ventriculo manen
,, tia, & tumores, & æſtus, atq; reliqua quæ
,, prędicta ſunt efficiũt. Hæc ſunt quæ Dio-
cles quidẽ literis prodidit. verùm in hoc
ſymptomatũ catalogo pręcipua totius cõ
curſus accidẽtia ſilẽtio præteriit, quæ vi-
delicet & melancholiam, & flatuoſam hy-
pochondriacamq; affectionẽ, tanquã cha-
ractere quodã deſignant. atqui omiſit (vt
puto) huiuſcemodi accidentia, eo quòd ex
,, morbi ipſius nomine manifeſtè declarant.
,, Etenim ab Hipocrate didicimus: Si metus *Hippocr.*
,, & mœſtitia longo tẽpore tenent, melan- *li. 6. apho.*
cholicus eſt huiuſmodi affectus. Verùm *23. & 7.*
haud abſurda quæſtio eſt, quare Diocles *apho. 42*
quũ cauſas aliorũ accidẽtiũ redderet, quã
ob cauſam mens lædatur, non ſcripſit? ſiue
enim venarum, quæ ventriculo contiguæ
ſunt, calor exuperat, ſiue partes quæ iuxta
portã ſunt (Græci pyloron vocãt) inflam- *Pylorus.*
matione laborãt, q̃d cauſæ ſit, cur melan-
cholica comitentur accidẽtia derelictum
eſt. Etẽ quòd vẽter flatuoſo ſpiritu im-
pleatur, ac deinde eructando ipſum leue-
tur, àc pręter ea quę dicta ſunt, vomitione
quoque

quoque iuuetur, vel nihil dicente Diocle, manifeſtum eſt. At propria melancholiæ accidẽtia ſimul cum dicta ventriculi diſpoſitione ſcribere , haud ita facile ei fuit. Id itaq; addere, ac ſimul qualis ſit in huiuſcemodi affectibus ventriculi diſpoſitio, manifeſta interpretatione enarrare aggrediamur. Atq; videtur quidem in ipſo inflammatio eſſe. Sanguis autem in parte inflammata cõtentus, & craſſior, & atræ bili magis cõformis. Itaq; quemadmodùm elata ex vẽtriculo ad oculos fuliginoſo quodã aut fumoſo halitu aut craſsis quoq; vaporibus ſimilia, vt in ſuffuſione accidẽtia cõtingũt: eadem ratione ſublata ad cerebrũ ab atra bile euaporatione veluti fuliginoſa fumoſaq́;, melãcholica eueniẽt in mente accidentia. Quinetiã quàm frequentiſſimè videmus, flaua in vẽtriculo bile contẽta, caput dolore affici, mox ea pervomitum eiecta, illico dolorem mitigari. Atq; huiuſmodi dolorũ genera mordẽdo exedẽdoq́; infeſtant, quẽadmodùm alia grauitate, alia tenſione, alia cũ mẽtis delatione moleſtare vidẽtur. Atq; inter optimos medicos cõuenit, non ſolùm hæc accidentia, verùm etiam morbum comitialem capiti à vẽtriculo procedere. Igitur vt melãcholicos timor nunquã deſerit, ita præter

natu

naturā eis per imaginationē visa, nō semper eodem genere cōtinentur. Siquidem alius testam se factū putauit, atq; idcirco obuiātibus cedebat, ne collideretur: Alter gallos cātare audiēs, vt hi alarū ante cantum, sic ille brachiorū plausu latera quatiens, animantiū sonum imitatus est. Fuit item alter, timens ne Atlas, qui mundū sustinere dicitur, grauatus sub tanto onere ipsum à se excuteret, atq; ipse cū illo collideretur, ac nos quoq; cū ipso periremus. Sunt alia huiusmodi infinita eorum visa. differūt autē inter se melancholici. Nam oēs timēt, mœrēt, vitam damnāt, odio habent homines, sed nō oēs mori cupiūt. Etenim hoc ipsum nonnullis melancholiæ caput est, quòd mortē pertimescūt. Quosdam etiā alieno admodum atq; extraneo videbis animo, vtpote qui simul & mortē metuant, & tamen mortē sibi consciscāt. Proinde rectè videtur Hippocrates omnia ipsorū symptomata in duo hæc coēgisse, metū & mœstitiā. Mœstitia nimirū eos inducit, vt odio prosequantur omnes quotquot viderint, nunquàm nō tristitiā præ se ferentes, ac terrētur, vt in tenebris profundis pueri,† atq; ex adultis indocti. Sanè quemadmodùm externæ tenebræ omnib' ferè hominibus pauorē inducūt,

Melācholicorū variæ imagines.

Melācholicorū differentiæ.

Vt de Artedoro Apollonius, & aliis apud Aurelianum in chronicis, & exempla id genus sæpe medicis occurrunt.

Hippocrates.

† καὶ τῶν τελείων οἱ ἀπαίδευτοι.

Cur melancholici timeant.

ἢ πεπαι- nisi vel audaces admodũ † vel edocti fue-
δευμένων rint, sic atræ bilis color mentis sedẽ tene-
bris similẽ reddens timorẽ efficit. Etenim
summis tum medicis tũ philosophis in cõ
fesso est, & humores, & omninò corporis
temperaturam animæ actiones inaltera-
re seu mutare posse. id quod nos quoque
vnico cõmentario docuimus, quo demon
stratum est, quòd animę potẽtiæ corporis
temperaturã sequuntur. Quocirca humo-
rum vim ignorantes, in quorũ numero &
Erasistra- Erasistratus est, ne scribere quidẽ de me-
tus. lancholia quicquam ausi sunt. Neq; indi-
gnum est admirari tum cõmunes homi-
nũ sententias, tũ plurima quoq; dogma-
ta, quæ & philosophi & medici per igno-
rantiã præterierũt. Igitur ab omnib' affe-
ctus ipse melancholia vocitatur, indicãte
nomine humorẽ q ipsius causa est: quúm-
que circa ventriculũ prima inceperint ac-
cidẽtia, ipsisq; auctis melancholica sequa
tur affectio, deinde alui deiectione, & vo-
mitu, & proba cõcoctione, ructibúsq; le-
uetur is qui laborat, hypochondriacũ fla-
tuosumq; morbum ipsum nominabimus.
Accidẽtia verò ipsius dicemus, & mœsti-
Acciden- tiam, & metũ. Quum autẽ propria melan-
tia melan choliæ accidentia auctiora videntur, cir-
cholię. ca ventriculum verò aut nulla aut parua
ad

admodũ ſunt, haud abs te exiſtimaueris primitiuam in cerebro affectionẽ cõſiſtere, ob atram bilem in ipſo congeſtã. Cæterùm quibus ſignis diſcernatur, vtrũ in ſolo cerebro, an in vniuerſo corpore huiuſcemodi humor contineatur, paulò antè dictum eſt. Interim monendi ſunt mihi amici, qui me curantem viderũt, frequentibus balneis, victuq; humido, boniq; ſucci, nullo alio adhibito præſidio huiuſmodi me morbũ curaſſe, vbi nondũ ob longum temporis tractũ nocuus humor multum vacuationi reſiſteret. quum enim diuturnus iã factus eſt morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia, ſit autẽ huiuſmodi melancholiæ ſpecies, affecto priùs calidis diſpoſitionibus cerebro, aut æſtuatione, aut inflammatione, aut phrenitide quoq; ipſum afficiente, interdum à ſolicitudine, mœſtitia, vigiliis. verùm ſatis fuerit hæc de melancholia dixiſſe.

Quomodo melancholiam curauerit Galenus.

De morbo comitiali.

CAPVT VII.

ATq; de morbo comitiali deinceps dicendũ eſt, quandoquidem hic quoq; interdũ ipſomet affecto, interdũ aliis cõſentiente cerebro euenire ſolet. vt enim tria melancholiæ genera, ita hunc quoq;

Morbi comitialis differentiæ & ſpecies.

morbum tribus contentũ differentiis omnes ferè Medici diſtinguere neglexerũt. Verùm omnibus cõmune eſt, ꝙ cerebrũ afficitur, vel conſiſtente in ipſo affectu, id quod pluribus epilepticis accidit, aut à ventriculi ore (quod ſtomachũ vocare ſolent Medici) ad cerebrũ ꝑ cõſenſum aſcendente. Atq; hoc genus proportione reſpõdet accidẽtibus, quę oculis à ſtomacho adueniunt, veluti in ſuffuſionib⁹. Fit etiã ſed 1
rarò, tertia morbi comitialis ſpecies. Nec refert ſiue genus ſiue differentiam nominaueris, cũ à parte aliqua cui id fortè fortuna accidit, incipit affectus, qui deinde ſentiẽte ægro ad cerebrũ vſq; aſcẽdit. Hoc genus primũ vidi in puero, qui decimũtertium ætatis annũ agebat, quum equidem adoleſcens etiamdum cum optimis eius tẽpeſtatis medicis cõueniſſem, ad idoneã ipſius curationem inueniendam: audiui 2
tum narrante puero, diſpoſitionem ipſam ex tibia initiũ capere, mox illinc rectà aſcẽdere per femur, & iminẽtes illi† lumbos, ac per latera ad ceruicẽ, donec ad ca-

Humoris ad caput in epilepſia aſcenſus.

† Al. ilia.

Cuidam à parte pedis ſuperiore, quæ obuertitur plantæ, aura frigida ad os ventriculi euadebat: vbi ille epilepticus concidebat. Poſteà vehementer curuato in ventres corpore, doctus eſt aura curſum intercipere, atque ita ſeſe caſu liberare.

put

put perueniret, quod quum primùm tangeret, ipſum haudquaquàm ſibi conſtare. Interrogãtibus autẽ medicis, quale eſſet id quod ferebatur ad caput, nihil habuit puer quod reſpõderet. Alius deinde adoleſcens cõpos mentis (quippe qui ſatis poterat & ſentire qđ fiebat, & alteri enarrare) dicebat veluti frigidã quandã auram eſſe id quod aſcẽdebat. Vnde ex duob⁹ alterũ Pelopi præceptori placuit, aut ꝙ qualitas quædã alteratis per cõtinuationem partibus, aut ſpiritalis quædã ſubſtantia tranſmitteretur. neq; mirandũ eſſe dicebat, tã validã vim eſſe humori, qui in affecta parte præter naturã genitus fuiſſet, vt pernicioſarũ ferarũ venenis poſſit cõparari. Quis enim crederet vel à ſcorpionibus infixo aculeo, vel à phalangiorum ictibus totũ corpus ingẽti & inuſitata mutatione affici? niſi ſæpenumerò id accidere videret. præſertim minimã quandã rẽ feris in ipſum demittẽtibus. Quum itaq; phalangiũ aliquẽ momordit, quãuis paruum ſit animal, exiſtimare tamẽ debem⁹, venenũ ex ipſius ore in ictum corpus deſcendiſſe. Porrò marinæ turturis, quẽadmodũ & terreni ſcorpionis aculeus in partem extremam acutiſſimam illam quidẽ finitur, vbi nullum foramen eſt, per quod

Phalangium.

Turtur marina venenoſa acuto firmoq; aculeo pũgit.

venenũ deiici poſſit: neceſſę tamen eſt, vt excogitemus ſubſtantiã quandã eſſe aut ſpiritalem, aut fluidã, quę vt mole minima, ita facultate q̃ maxima eſt. Etenim quũ nuper ictus quidã eſſet à ſcorpione, videor mihi videre (inquit) quòd grãdine percuſſus ſim: eratq; omninò frigidus, ſudore etiã frigido accedẽte, ſed tandẽ debitis adhibitis remediis nõ ſine negotio ſeruatus eſt. Itaq; Pelops, nõ impoſſibile eſt (inquit) in corpore ſimilẽ aliquã eſſentiã generari, nõ accedẽte cauſa extranea: quę vbi neruoſam aliquã partẽ occupauerit, per cõtinuas partes vſq; ad neruorũ principiũ vim ſuã tranſmittit, ſiue id per alterationem (vt ipſe dicebat) fiat, ſiue ſpiritali eſſentia, veluti aura, ad ipſum elata. Sæpenumerò enim infigẽte aculeũ ſcorpione, aut in neruũ, aut in venã, aut arteriam manifeſtè videmus percuſſos, vehemẽtiſſimis infeſtari accidẽtibus. Atqui ſcorpionis aculeus totã cutẽ penetrando ad profundũ vſq; poteſt peruenire. Phalangiorũ verò paruorũ ictus ſolã afficit ſuperficiẽ: vnde conſtat interdum à ſola cute veneni vim ad totum corpus deferri, quippe tota cutis & continua eſt & neruoſa. proinde haudquaquàm impoſſibile eſt, quum ex icta parte per totã ipſam celeriter diſtri-

Scorpio.

Cauſa morbi comitialis ex Pelopis ſententia.

Phalangÿ parui ictus.

buta fuerit veneni vis, eam inde eodẽ rursus contactu in singulas subiectarũ ei partiũ recipi, mox ex illis in alias cõtinuas, atq; iterũ ex his, quæ afficiũtur, in alias: quúmque ad dominantiũ partiũ aliquam peruenerit, tum mortis periculũ homini instare. Ad hanc rẽ in primi, cõferũt vincula superioribus partibus iniecta, ab iis enim præsentaneũ prȩsidiũ expectatur: id quod in viperarũ scorpionũq; ictibꝰ, item aspidum quoque (quod propter imminẽs subitariæ mortis periculũ, magis incredibile est) expertus sum. Etenim quum Alexandriæ essem, rusticus quidam nõ longè ab vrbe in vno manꝰ digitorũ ictus eius, radicẽ apud palmã validissimo vinculo ligauit, accurrénsq; ad vrbẽ ad familiarẽ sibi medicũ, totum digitum ab ipsa †articuli iunctura ad palmam abscindendum præbuit, sperans inde nihil se mali passurum. Neque frustratus est sua spe, quippe nihil aliud faciens saluus euasit. Similiter aliũ noui, qui epoto ex viperis medicamento, rescisso priùs digito, à periculo liberatus est. Vidi præterea rusticum, cuius totum digitũ vipera momorderat, q̃ falce quã tũc fortè habebat (erat enim vinitor) ab vltimo articulo ictam partem resecãs, deinde inducta vsitatis pharmacis

Vincula superioribus partibus iniecta, venenis remediũ præsentaneũ adferunt.

† Græcè enim est, διαρθρώσεως, quãquam Copius videatur διαθέσεως legisse, sed malè.

Theriaca aduersus venena.

Medicamẽ cõtra morbum comitialem.

in digito cicatrice, nullo ſumpto medicamine ſanatus eſt. Sed puerũ quoq;, cuius morbus comitialis à tibia oriri cõſueuerat, medici qui tũc ad curationẽ eius conuenerãt, ſanare ſperabant, ſi in primis vacuato vniuerſo corpore, medicamẽ ex tapſia aut ſinapi parti adhiberent: ligato in medio mẽbro, ſupra eã videlicet partem, quę primaria diſpoſitiõe erat affecta, atq; hoc pacto acceſſionẽ reuerti prohibuerũt, quamuis anteà quotidie puerũ infeſtare cõſueuiſſet. Verũ hæc obiter, atq; ex abũdãtia dicta ſint, ne q̃s miretur, quo pacto ab ignobili aliqua parte tãtus morbus ortum cõtrahere poſſit. Supereſt vt cauſam inueſtigemus, quãobrẽ in huiuſmodi per conſenſum affectionib⁹ epilepticæ fiant cõuulſiones.

Quare in comitiali morbo fiãt epilepticæ conuulſiones.

Nã ne Pelops quidẽ vllã ad hanc rẽ attulit ꝓbabilẽ perſuaſionẽ. Neq; etiã alius quiſquam, cũ quo nobis aliqua fuerit cõſuetudo. Mihi verò per huiuſmodi conſenſum videnti aliquãdo laborantem ſine vehementi cõuulſione cõcidere, ſimul ꝙ per interualla breuibus quibuſdã motibus quateretur, probabile viſum eſt,

Singultus ex affecto ſtomacho.

quemadmodum frequẽtiſſimè ſingultum fieri cernimus affecto ſtomacho, ita hanc quoque diſpoſitionẽ euenire. Etenim meipſum quoq; ſingultus illicò inuadere ſo-

let

let, ſi piperis aliquãdo immodicã quãtitatem ingeſſero. Id quod aliis quibuſdã nõ paucis, quibus ſcilicet facilis erat oris vẽtriculi ſenſus, accidiſſe meminimꝰ. Atqui iam ſuprà memoratũ eſt, id nõ ſolùm Medicis, verùm etiã vniuerſis hominibus ſtomachum appellari. Itaq; quũ cecidiſſent, qui non ex propria cerebri affectione ſed per conſenſum comitiali morbo laborabãt, eos citra perpetuã cõuulſionẽ † veluti palpitãdo per interualla concuti videbã. Proinde exiſtimaui, ſimilẽ aliquẽ cerebro motum euenire, qualis ſtomacho interdũ à re quapiam moleſtato accidere ſolet. quippe quũ à ciborũ mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordicus infeſtat̃, tũ ſingultu affici conſpicitur. Atq; acrẽ quoque humorẽ, non ſingultũ modò, verùm etiam conuulſionẽ per vniuerſum corpus efficere ſæpenumerò cõſideramus: deinde vomitu eiecto eo, qđ mordicabat, illicò quieſcere. Quo minus mirandũ eſt, ſi neruorum principium huiuſcemodi motu cõcutiatur, vt à ſe expellat, quidquid fuerit, id, qđ à parte primò affecta ad ipſum effertur. Ad hunc modũ reliqua quoque accidẽtia omnia quibꝰ neruoſum genus cõcutitur, fieri putauerim vbi verò deperdito ſenſu quis cõciderit, nõ accidente mo-

Os vẽtriculi ſtomachus.

οἷον παλμώδη τινὰ κλόνον

Acris humor ſingultũ & cõuulſionẽ afficit.

Lethargus à vehementi frigore. Poſteriori & medio ventriculo principatum viſus eſt attribuiſſe, & intercepta via que ad ſpinã eſt, & qua hæc poſtremo vẽtriculo cõmittitur, epilepſias fieri & apoplexias, ſcribit 6. Epid.

tu,quo vel cõuelli,vel palpitare videatur, id à vehementi frigore ortũ trahere cenſeo,quo in genere lethargus quoq; cõtinetur.Apoplexiæ autẽ ꝙ ſubitò eueniat, aut frigidum, aut craſſum, aut viſcidũ quidpiã, quod principes cerebri vẽtriculos affatim implet,non totius ſubſtantię intemperiem cauſam eſſe manifeſtũ eſt : veluti lethargi,phrenitidis,maniæ, melãcholię, ſtultitiæ, amiſſæ memoriæ,ſenſuũ hebetationis, reſoluti motus. Porrò in omnibus his affectibꝰ,in quorũ numero apoplexia quoq; cõtinetur, periculi magnitudinẽ ex anhelitꝰ nocumẽto coniicere oportet.Sanè quẽadmodùm dormientes ſpirãt,quãuis nulla alia accidẽte actione, quæ à conſilio prodeat, nimirũ quum ſupini iaceãt in cubili:ita in ſoporoſis affectibus omnibus quãquàm neq; ſentiat corpus , neque

Spiratio.

moueatur, tamen ſola ſpiratio, quæ muſculorũ pectus mouentiũ munus eſt, ſaluatur.cuius rei firmam ac demonſtratiua lege ſtabilitam habemus ſcientiã : quemadmodum quòd muſculis etiã omnibus

Neruorũ initium.

motꝰ principiũ ab innatis ipſis neruis accedit.Atqui ex anatomice didicimus,ner-

uos

uos omnes à cerebro primariũ ſumere initium, neq; ſimpliciter initium, ſed primarium dixi, id quod ſpinalis medullę gratiâ orationi adieci. Quãuis enim permulti ex ea nerui prodire videantur, vim tamen omnem quam habet, cerebrum ipſi ſuppetit. Quum itaq; ſpirationem vehementer impeditam difficulterq́; procedentem videris, non paruam in cerebro morbidam diſpoſitionem eſſe, coniicere debes, idq́; in ſoporiferis morbis quos nimirum omnes in cerebro fieri manifeſtum eſt.

Spiratio impedita.

De vertiginoſis. CAP. VIII.

AFfectus autem qui ſcotomaticus (id eſt vertiginoſus) vocatus eſt, ex ipſa appellatione, qualis ſit, manifeſtatur. quippe à parua occaſione † hebetantur hi qui ſic laborant, adeò vt interdum cadant, maximè ſi aliquando in circum rotentur. ſiquidem ipſis ab vna rotatione euenit, id quod cęteris à pluribꝰ accidere ſolet: proinde hebeſcunt, ſiue alium quempiam, ſiue rotam, aut id genus aliud quidpiam, aut ipſos quoq; quos vocãt, in aquis vortices circumagi viderint. Id verò maximè, quũ vel ſub ſole æſtuauerint, vel aliam ob cauſam calefacto fuerint, capite. Nam quod aliis, quũ in circo frequenter vertuntur, ac

Scotomatici affectus notæ

† Σκοτοῦνται.

cidit,

cidit, hoc ipſis citra circuitionẽ euenire videmus. Atqui vbi quis crebrò vertitur, inæqualem, & turbulentũ, & inordinatũ motum, tum humorũ, tum ſpiritus in eo fieri in cõfeſſo eſt. Rationi igitur cõſonum eſt, huiuſmodi accidẽtia vertigine affectis itidem euenire. Quãobrem nonnulli horum ab arteriarum ſectione præſidiũ perierũt, totas arterias pone aures ad tantã ſcilicet altitudinem ſecãtes, vt medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed cõſtat non oẽs huius auxilij beneficio fuiſſe curatos. Etenim aliæ arteriæ iis maiores ad cerebrũ ex ipſius baſi per retiformẽ plexum aſcẽdũt, per quas huiuſmodi affectionem fieri rationi cõſentaneũ eſt, elato per ipſas vaporoſo calidoq; ſpiritu, atq; implẽte cerebrum. Atq; fieri etiam poteſt, vt inæquales cerebri intẽperies huiuſmodi ſpiritum producat. Igitur hanc affectionẽ ad cerebrum pertinere ex ipſo vertiginoſorũ ſenſu manifeſtũ eſt. Oritur verò interdũ, cerebro primogenio affectu laborante: interdum verò, quũ ori ventriculi cõſentit, id quod Archigenes quoq; fatetur, qui libro primo de Longarũ affectionum notitia ita ſcribit: Porrò ea bifariã oritur, aut enim in ipſo capite, aut in his partibꝰ quæ circa præcordia ſunt. Mox genera eius di-

Arteriarum ſectio vertiginoſis indicta apud antiquos.

Origo vertiginoſi affectus.

ſtingue

ſtinguere aggreditur. Nam vbi ex primaria cerebri affectione, vertigo dependet, aurium ſonos,& capitis dolorem, grauitatémq; præcedere dicit: item olfactus, atq; alterius cuiuſq; ſenſus inde prodeũtis oblæſionem(hoc enim ſermoni illi adnexuit inde prodeuntis) eos ſenſus (vt equidem puto) ſignificare volens, qui à capite initium ſumunt. Vbi verò ab ore ventriculi oritur, cordis morſionem,nauſeamq́; præſentiri. Verùm vt iam antea ſæpenumero monuimus, licet caput per alterius partis conſenſum afficiatur,affectio tamen nihilominus ipſi aſcribenda eſt.

De cephalæa & hemicrania.

CAP. IX.

Cephalææ definitio & notæ.

ATque de ea quoque quæ cephalæa à medicis nominatur, nemo dubitauerit quin cerebri ſit morb⁹. Eſt enim(vt breuiter quis dixerit)affectus hic,dolor capitis diuturnus, difficulterq́; ſolubilis, qui à parua occaſione vehemẽtes habet acceſſiones,vt neq; ſtrepitũ, neq; vocẽ vehemẽtiorem,neq; luminis ſplendorẽ, neq; motum tolerare poſſit infirmus: ſed tranquillitatem, obſcurumq́; cubiculum quærat, idq́; ob doloris vehementiam. Quippe nõnulli veluti malleo ſe percuti arbitrãtur:alij caput

put contundi distendiq; sentiunt:non paucis ad oculorũ quoq; radices dolor extenditur. Quin huiusmodi accessiones veluti in morbo comitiali,intermissiones habẽt: interceditq; tempus,quo perfectè liberari

Cephalalgia.

videtur.Igitur cõstat,ꝙ sicut in cephalgia (id est capitis dolore) ita in hoc morbo caput facillimè afficitur:atq; hoc est ipsis cõmune.verùm per cephalæã affectæ partes multo reddũtur,quàm in cephalalgia, debiliores.

Dolorũ capitis differentiæ.

Cæterũ inter capitis dolores nõnihil discriminis inuenitur. nã sunt nõnulli,quibus caput aptissimũ est vt impleatur, ac vniuersi quoq; corporis habit⁹,ad ipsum implendũ admodùm idoneus: Alij omnes capitis partes aptas habẽt vt afficiant:quibus,vbi vitioso victu vtũtur,accidit vt cephalæa arripiantur.Quo minus mirãdum est,si horum aliis,membranę cerebrũ continẽtes,dolore afficiãtur,aliis pericraniõ, id est exterior caluariæ mẽbrana. Discrimen autem ab oculorũ radicibus sumitur, considerando vtrum veniat ad eas malũ, necne: siquidem cõsentaneũ est,vt quibus intra caluariam dispositio est,iis ad oculorum vsque fundamenta dolor extẽdatur: eo quòd & à cerebro, & ab vtraque membrana,atq; à vasis quæ in ipsis cõtinentur, veluti germina quædam deducuntur. Sed

& eorũ quibus dimidia capitis pars dolore infeſtatur (ſolent autẽ vocari hemicranici) alij extra caluariã, alij in capitis intimis partibus dolorẽ ſentiunt. At verò dextram capitis partem à ſiniſtra diſtinguit ſutura per longitudinem ipſius protracta, ſub qua intra capitis oſſa, linea mediũ cerebrum diuidens protenditur, ad quam etiam peruenit, anteriorũ duorum ventriculorum ſeptum. Porrò ea corpora ſuâpte natura idonea ſunt, vt ipſis caput impleatur, in quibus vaporoſius calidusq; ſpiritus generatur, aut quibus biliosa excrementa cumulantur in ore ventriculi. Atqui ſpiritus dolores inducunt tenſiuos, qui idcirco ſic vocati ſunt, quòd extẽſionis ſenſum inducunt. Bilioſa excrementa dolore mordaci afficiunt. Dolores à plenitudine procedentes grauitatis ſenſum afferũt: quibus ſi rubor accedat atq; calor, calidos, ſed ſine iis, non calidos humores ſignificant. Sunt quibus caput aſſiduè dolet, vbi vel paulò liberalius vinũ ingeſſerint, vel meracius, idq; magis, ſi ſuâpte natura calidum fuerit. Præterea calidi odores omnes, vt ſtyracis, aut cypheos, atque in totum odorata omnia, capitis dolorem pariunt, adeò vt nonnulli ne thuris quidem odorem ferre poſſint. Neque verò abſurdum eſt, vt

Hemicrania.

quoſ

Senſus oris vẽtriculi exquiſitus.

quoſdam ob ſenſus exuperantiã dolor infeſtet, quẽadmodũ in ore ſtomachi accidit. Sunt enim nonnulli, in quibus id tam exactè ſentit, vt neq; acre acetũ, neque ſinapi, neq; aliud huiuſmodi ferat. Alij verò cõtrà, ipſum penè inſenſile habẽt. quippe vidẽtur aliqui vel ructare vel vomere quędam vſq; adeò vitioſa qualitate infecta, vt nos ne odorem quidem ſuſtinere poſſimus, quum tamen ipſi interea nullã alicuius momenti mordacitatẽ ſentiant. Nihil igitur prohibet, quo min⁹ in hominũ cerebro ſimiles notentur differẽtię, vt eoſdem odores alioqui impunè ſuſtineãt, perinde ac ſi omnino ab ipſis diſtarẽt, alij eos ſine moleſtia ferre non poſſint. Igitur quod omnes huiuſmodi affectiones ad cerebrũ pertineant iam manifeſtum eſſe videtur.

De apoplexia, neruorum reſolutione, & conuulſione.

CAPVT X.

AT verò neruorũ reſolutio, & per vniuerſum corpus eorum conuulſio, in quo genere neruorum etiam rigor (Græci tetanon vocant) cõtinetur ſenſu vt prædictæ affectiones cognoſci non poſſunt, ſed ratione quæ nos doceat, eſt opus. Itaq; ſi aliquando per totum corpus, neruorum actio vitioſa redditur, ipſorũ principium

affe

affectum eſſe cõſtat: id verò ex ſola anatomice dignoſci poteſt. Quum igitur omnes pariter nerui tum ſentiendi, tum mouẽdi vim amiſerint, apoplexia huiuſmodi affectio appellatur. Vbi verò alteri laterũ, aut dextro aut ſiniſtro id accidit, reſolutio nominatur, eius ſcilicet partis in qua cõſiſtit affectus, interdum dextrę, interdũ ſiniſtrę. Quòd ſi in aliquo mẽbrorũ idem euenerit, eiuſdem mẽbri reſolutio eſſe dicetur. Nam & tota manus & totũ crus interdum reſoluitur, atque ſolus in crure pes, & quæ ſub genu ſunt. Sic etiã de tota manu ſimiliter proportione dicendum eſt. Cæterùm ex anatomice didicimus, quòd omnes animãtis partes ſub ceruice poſitæ, quæ à cõſilio & volũtatis imperio moueri poſſunt, neruos habẽt qui eas moueãt, procedẽtes ex ſpinali vocata medulla. Atqui ſæpenumerò audiſtis eam ſpinalẽ vocari medullam, additâ ſcilicet medullę appellatione, interdũ verò ſine additione ſimpliciter ſpinam nuncupari. Vidiſtis etiã in corporis diſſectione, neruos qui thoracem mouẽt, ex ea ſpinæ parte quę in ceruice eſt, ortum deducere: ipſa verò ex tranſuerſo inciſa, ſi tota fuerit diſſecta, oẽs quæ ſub ipſa ſunt corporis partes, ſenſu, motuq; priuari vtpote ſuſcipiente ſpina à cerebro, vim tũ ſen-

Apoplexia.

Paralyſis.

Reſolutio neruorũ.

Spinalis medullæ neruus.

Sectiones in ſpinali medulla quam noxam adferant.

tiendi tum mouēdi pro arbitrio. Prætereà in Anatomice vidiſtis, vbi per tranſuerſas ſpinæ inciſiones ad mediū vſq; ſecundum longitudinem ſecaretur, non omnes ſuppoſitas corporis partes, ſed eas dūtaxat, quæ è regione ſectionis erāt, reſolutas: dextras quidē dextra ſpinæ parte diſſecta, ſiniſtras verò, vbi reliqua pars eſſet inciſa. Itaq; manifeſtum eſt, quòd circa primū ſpinæ proceſſum factâ aliqua diſpoſitione per quā cerebri facultas quo minus ad ipſam perueniat, prohibetur, omnia inferiora membra, dēpta facie, ſenſu motuq; priuabūtur: vbi verò media eius proceſſus pars fuerit affecta, non oēs inferiores partes reſoluentur, ſed vel ſiniſtræ duntaxat, vel dextræ. Videntur autem huiuſmodi reſolutionum aliquæ faciem quoq; infeſtare: ſed tum reſolutum latus ad alterā faciei partem trahitur. Quumq́; ex anatomice didiceritis, neruos qui per faciei parte, ſparſi ſunt, à cerebro demitti, ſi earum aliqua ſimul cū toto corpore reſoluta eſt, haudquaquàm vos latere debet, reſolutionis diſpoſitionē in ipſo cerebro cōſiſtere: vbi verò illæſæ permanſerint, ſpinę initiū affici ſciendum eſt.

Nerui faciei affecti.

Accidit verò nōnullis, vt faciei partes duntaxat afficiantur, quēadmodùm & reliquarum quoque partium interdum aliquæ, vt

lin

lingua, oculus, mãdibula, labrum. Etenim nõ omnibus ab vno loco principiũ influit, vtpote quæ ex diuerſis cerebri partib⁹ neruos ſuſcipiũt. Id quod in Anatomice haud obſcurè cõſpicitur. Igitur apoplexia omnibus animalibus actionibus noxã inferẽs, cerebrum affectũ eſſe manifeſtè declarat. diſcernitur autem affectionis magnitudo ex noxæ quam ſpirationi infert vehementia. quum enim naturalem ordinem plurimùm egreditur, magnam: quum verò paulum impedimenti eſt, paruã in cerebro noxam eſſe coniicere oportet. Sanè omnium peſſima ſpiratio putanda eſt, quæ & intermittitur, & magna cũ violentia trahitur. Quippe vt mori cõtingit apoplecticos, ob id quòd ſpirare non poſſunt: ſic homo qui corporis partes mouere nequit, ad vitæ functiones cenſetur inutilis, quãuis huic ſubitæ mortis periculum haudquaquàm immineat. Itaque vidimus quendã, qui reliquis partibus omnibus reſolutis, nullã quæ ad faciei partes pertineret, actionẽ amiſit, ſeruata etiam ſpiratione: quomodò enim viuere diutiùs potuiſſet, ipſa deperdita? In quo affici putauimus illã ſpinæ partẽ, quæ paulò inferior eſt, proceſſu neruorum ad ſeptum tranſuerſum tendentium: quinetiã & vrinam, & alui ſedimina ipſum præter

Apoplexiæ magnitudo.

Peßima ſpiratio.

Reſolutiones variæ.

volũtatis imperium emiſiſſe manifeſtum eſt. Inſuper vidimus alium, cui propter caſum omnes inferiores partes dẽptis manibus reſolutæ. Igitur quemadmodũ corporis partes quæ ſub facie cõſtitutæ ſunt, reſoluũtur, faciei partibus illæſis, affectionẽ in ſpinæ initio eſſe certũ eſt: ad eundẽ modum, ſi toti corpori cõuulſio acciderit, eũdem ſpinæ locum affectũ eſſe declarat, faciei partib⁹ omnino ſeruatis illęſis. Quòd ſi hæ quoq; afficiantur, cerebro noxã iam illatã eſſe oſtenditur. Vbi verò pars aliqua conuulſa eſt, neruum qui eius motioni deputatus eſt, aut muſculũ affici neceſſe eſt. Igitur ſi ex Anatomice neruorũ ad ſingulas partes veniẽtium principia didiceris, per quàm facilè earũ & ſenſum & motum deperditũ curabis. Verùm hæc indeterminata relicta ſunt & Erophilo & Eudemo, qui primi poſt Hippocratẽ neruorũ anatomicen accurate ſcribentes, non mediocrẽ medicis dubitandi occaſionẽ præbuerunt, quo pacto per neruorum reſolutionem interdum ſenſus duntaxat, interdum motus, nonnunquam ambo ſimul pereant. Itaque neruorum reſolutio potiſſimũ dicitur, vbi motus deperditus eſt. Vbi verò partiũ aliquarum ſenſus perit, eam partẽ ſenſus expertem eſſe reſolutã verò nõ adeò dicere

Neruorũ reſolutio.
Paralyſis

con

consueuimus: quanquã sunt nonnulli, qui hanc affectionem sensus resolutionẽ vocitant. Nos verò semp iubemus vt cuiq; nominib⁹ pro arbitrio vti liceat. etenim hoc nobis esto propositum, vt affectam scilicet sedem, simulq; dispositionẽ eius inueniamus. Nisi enim hæc accuratè cognouerimus, nequaquã eas partes, quibus vel sensu, vel motus vitiat⁹ est, rectè curabimus. Sanè Pausanias Syrus sophista quũ Romã aliquãdo venisset, secũdũ duos minores sinistræ manus digitos, atq; medij partẽ mediã, sensum in primis quidẽ difficilẽ habebat: posteà malè cnrãtibus medicis, sensum omnino amisit. Quibus equidẽ cognitis, omnia quæ præcesserũt inuestigaui, atq; ipsum quũ per viã duceretur, vehiculo excidisse, atq; in dorsi initio læsum, mox parrẽ lęsam breui quidẽ curatam, sed auctũ in digitis sensus vitiũ audiui. Igitur remedia quæ illi digitis adaptauerãt, lęsæ parti adhibere iussi, atq; sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Eteñ id ꝙ in primis scire oportet, quòd videlicet nerui ꝑ vniuersæ manus cutẽ dispersi, quibus sentiẽdi ad ipsam facultas defertur, proprias quasdã habeant radices, quódq; neruorũ musculos mouentiũ sunt aliꝗ, medici ignorãt. Verùm latiùs quã ꝓposueramus, iam

Pausaniæ curatio.

Nerui ad cutẽ manus peruenientes.

noſtra expatiata eſt oratio: proinde quieſcere eã decet. quippe noſtra intentio erat, vt hoc commentario omnes affectiones, quę caput, maximè verò cerebrum infeſtare conſueuerunt, inueniremus. At quia ab ipſo nerui originẽ ducunt, per conſequentiam ad neruorum vſq; affectiones ſermo peruenit: cui etiam finem imponẽdo, paſſiones quæ reliquis capitis partibus accidere ſolent, ſcribere aggrediamur, ſi priùs hoc tantillum ſuperioribus addiderimus.

De olfactu. CAP. XI.

Olfaciendi vis læſa.

VBi olfaciendi vis læditur, non eorum meatuum qui in naribus conſpiciuntur, ſed vel anteriorum cerebri ventriculorum, quum intemperantiâ quadã afficiuntur, noxa eſt, aut eorũ meatuum, qui in his oſſibus ſunt, quæ ethmoide (id eſt cola) vocantur, ſi aliquando obturantur, ſiquidem odoratorũ ſenſus in prioribus cerebri ſinibus perficitur, elatis ad ipſos per coli foramina vaporibus, quemadmodùm in eo libro quem de olfactus ſenſorio conſcripſimus, iam declaratum eſt.

Ethmoidea oſſa.

LIBRI TERTII
FINIS.

CL. GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA

LIBER IIII.

*

Absoluit rationem cognoscendi morbos capitis & faciei: atq; hinc ad thoracẽ affectũ descendit.

QVA via & ratione vniuersali affectas sedes scrutari cõueniat, primis libris duobus quarundã partium exemplis satis perstrinximus. Quoniam verò (vt iam diximus, atque in aliis libris demonstrauimus) circa res particulares exercitari oportet eũ, qui singula artis opera, quæ vniuersali via & ratione didicit, tutò & celeriter exercere voluerit: operæpreciũ me facturũ mihi videre videor, si † rationales quasdam notiones omniũ corporis particularum, quæ sensum effugiunt, cũ quomodolibet afficiũtur, pscripsero, sumpto à capite initio. Igitur de memoria, & cogitatione vitiata, atq; reliqs animæ functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius cõmẽtatiõis libro tertio iam diximus, simul

† λογικὰς διαγνώσεις, q̃ cõcipiũtur mente, nec sensu percipiuntur.

in non paucis affectuum generibus, via & ratione inducto exercitationis modo. Nã & de delirio tum phrenitidis proprio, tum eo quod citra febrem accidit, inſaniam nominant: prætereà de lethargo, ſopore, morbo comitiali, melancholia, vertigine, cephalæa, hemicrania, apoplexia, & ſimilibus ibi iam dictum eſt.

De affectis partibus in oculorum morbis.

CAPVT I.

AT in præſenti libro, qui huius cõmentarij quartus eſt, de faciei partibus, quæ intrinſecus afficiuntur, ſermonem faciemus, ab oculis incipiendo. Nam modò ipſorum ſenſus, modo motus, ac nonnunquam tam ſenſus, quàm motus reſoluitur: idq; interdum in altero, interdum in vtroque accidit oculo. Nõnunquam ſolius palpebræ, nonnunquam etiam eius partis, quam propriè oculum vocamus, vel ſenſus, vel motus lęditur. Cùm igitur nullo in oculis malo apparẽte, cernendi ſenſus deperditus eſt, deſcendẽs à cerebro in ipſum neruus cauſam in ſe continet, cùm vel inflammatione, vel ſcirrho laborat, vel alioqui ex humorum defluxione afficitur, aut aliter quomodolibet foramẽ ipſius obturatur. Atque huiuſcemodi affectus, oculo, vt inſtrumẽtali parti, accidere neceſſe eſt:

Neruus viſificus

qui

quì verò ei, vt ſimilari, adueniũt, octo intemperantiæ generibus continentur. Præterea aliud quoq; ipſorum vitiũ eſt, quum vel nihil omnino, vel exiguũ admodũ viſifici ſpiritus à principio, quod in cerebro cõſiſtere putandũ eſt, ad eos deſcẽdit. Sive rò vteruis oculorũ, motum duntaxat amiſerit, ſecundæ copulæ neruũ, qui à cerebro oritur, moleſtari neceſſe eſt, ab aliquo videlicet eorũ affectuũ quos alteri neruo, q̃ à prima cõiugatione naſcitur, nuper accidere diximus. Quoniã verò, vt ex anatomice didicimus, muſculi oculũ mouentes, ſenario numero cõſtant, ac præter eos, alij quoque ſunt, qui deſcendentis in ipſum meatus (πόρον Græci vocant, quo nomine diſſectores primæ cõiugationis neruũ eò quòd ſoli manifeſtũ ſit foramen nũcupare conſueuerunt) radicẽ amplectuntur. accidit interim quamuis ipſe haudquaquã afficiat, vt muſculorũ aliquis, aut in propria eſſentia, aut in neruo ad ipſum deſcẽdente, ab aliquo nuper dictorũ affectuum infeſtetur: ſiquidẽ ſingulis horum muſculorũ, pars quædã nerui à ſecũda coniugatione orti trãſmittitur, haud ſecus quã iis quoq; muſculis, qui meatum ipſum comprehẽdũt, ſiue ij duo, ſiue tres, ſiue vnꝰ dũtaxat dicendus ſit: id enĩ in præſentia non

Spiritus viſificus.

Oculorũ motores nerui.

Oculorũ muſculi ſex.

Mun' musculorum oculos mouentium.

refert, modò nouerimus horum muſculorum munus eſſe, vt & ſurſum trahant oculum, & firment, ne mollis ille neruus, quē & viſificum & meatum nominãt, vllo pacto in proceſſu diuertatur. Quũ itaq; ſex inueniantur oculum mouentes muſculi, ſi is quidem qui ipſum ſurſum attrahere ſolet, afficiatur, totus oculus delapſus videbitur: ſi verò is qui ipſum detrahere poteſt, affectus eſt, oculus ſurſum attractus apparebit. Ita etiam ſi minoris anguli muſculus vitiatur, ad maiorem: ſi verò hic læſus eſt, ad illũ oculus deflectitur. At ſi voluentiũ muſculorum quiſpiam reſoluitur, obliqua erit totius oculi conuerſio. Cæterùm quum alij prætereà ſint muſculi, mollem neruum illũ circundantes, ſcire licet, ipſis reſolutis totũ oculum procedere, atque à ſua ſede moueri, tametſi plæriq; eorum qui ſic affecti ſunt, ſenſim quidē intēto molli neruo, ſed nequaquam affecto, citra noxã cernere poſſunt: qui vbi quoquo modo afficitur, viſum efficit obſcuriorem. vbi verò adhuc magis malũ ingraueſcit, cõſtat eos qui ſic afficiũtur, nihil omnino cernere poſſe. Porrò quum oculi à ſua ſede remouentur, ſi ad alterutrũ angulum fiat cõuerſio, innocua ꝑmanebit cernēdi facultas: ſi verò aut ſurſum, aut deorſum, aut in

Neruus opticus offenſus.

Ariſtote. ſect. 31. prob. 17. & Aphr. probl. 9. lib. 2.

obli

obliquum quoq; vertantur, quicquid ipſis obieceris id omne duplũ eſſe videbit᷑. Muſculi verò ſupernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis eſt) quoniã perquã parui ſunt, adeò vt in maioribus quoque animalib⁹ vix manifeſtè perſpici poſſint, nihil mirũ, ſi nerui ipſis innati difficulter videãtur. Nihilominus quemadmodũ in muſculis, quorũ iam ſuprà meminim⁹, ita & in his quoq; euenire neceſſe eſt, vt interdũ muſculi ipſi peculiari aliquo affectu, ex his quos ad muſculos ꝑtinere nouimus, interdũ verò nerui ipſis innati infeſtent᷑. Igitur ſi muſculus ipſam ſurſum attrahẽs exoluit᷑, laxam efficiet palpebram, adeò vt oculus aperiri non poſsit: ſi verò detrahẽtes (gemini eñ ſunt) reſoluuntur, oculũ claudere non poterunt. Quorum ſi alter duntaxat afficitur, ad oppoſitũ muſculum palpebra deflectetur, vt fracta videat᷑, in fine videlicet circa mediã vtriuſq; lineã. quippe ea pars, quæ iuxta muſculum affectum eſt, ſurſum trahi, quæ verò iuxta illæſum eſt, detrahi videt᷑. Hi ſunt partium oculi peculiares affectus, qui latẽtib⁹ locis inſident. Ac ſunt prætereà alij, qui ex aliis partibus ei per cõſenſum aduenijt. Igitur accidẽtia, ſuffuſorum viſis ſimilia videtur oculis nulla ꝓpria affectione moleſtatis:

Muſculi ſupernam palpebrã mouentes.

De ectropio & lagophthalmia Celſus libr. 7. & Græci medici.

Suffuſio.

ſed

ſed aut oris vẽtriculi, aut cerebri cognatione, id accidere ſolet. Verũ hæc ipſa, ab iis quæ à ventre oriuntur: diſtinguenda ſunt. Primùm quidẽ ex eo, quòd vel alter duntaxat oculus, vel vterq;, ſimiliter viſis occupetur, ſiquidẽ in vniuerſum viſa ob humorũ in ventriculo contentorum vitium oborta, vtrique oculo ſimiliter accidunt. Quæ verò per ſuffuſiones apparent, neq; incipiunt ſimul in vtroq;, neque ſimiliter apparent: deinde ex tempore quoq; diſtinguũtur. Si enim tribus, quatuórve aut etiã pluribus mẽſibus, ſuffuſionis apparuerint accidentia, contemplãtiq; tibi pupillam, nihil tenebroſum videatur, ab ore ventriculi affectum procedere inuenies. Si verò non ita multum temporis interceſsit, quęrendum eſt in primis, vtrum ex quo incepit affectus, ſingulis diebus perpetuò huiuſcemodi apparitio perſeuerauerit, nullo ſcilicet interueniẽte die, qui omni reprehenſione caruerit: an diebus quibuſdã intermediis laborãs exactè viſus ſit ſibi conualuiſſe: Nam aſsiduitas ſuffuſionẽ portendit: Intermiſsio verò, quòd malũ à ventriculo prodierit, ſuſpicionẽ excitat: idq; magis, ſi perfectè quis concoquens, nullũ ſibi viſum apparere fatetur: ſed multo magis, ſiquũ apparuerũt viſa, mordicus in ore vẽ-

Accidentiũ ſuffuſionis ab ore vẽtriculi procedentium notæ.

triculi

triculi doluit:maxime verò si post hęc vomẽdo,eiecta re mordẽte, mitigata fuerint accidẽtia.Hæc sunt quæ primo statim die, quũ videris hominẽ, interrogando discere debes,quãdo (vt iam diximus) exq̃sitè secundũ naturam se habuerint oculi. Vbi verò altera pupilla tenebrosior:aut turbidior,aut (vt breuiter dicã) nõ exactè pura videtur,suffusionis esse initiũ censendum est.Si verò quispiã suapte natura pupillas ipsas nõ admodùm puras habuerit,considera num vtriusque similis sit affectus, ad hæc,an non ita multum temporis à suffusionis accidẽtibus pręterierit [vt eas turbidiores reddere potuerit.] Quod si ita est, impera, vt minuꝰ cibi,quàm ꝑ cõsuetudine,ingerat, eũq; nihil mali succi habentẽ: postero die vbi probè cõcoxerit,qualia apparuerint visa interroga:si enim vel oĩno nulla,vel debiliora videãtur, ad vẽtriculũ referẽdũ est accidens.At si similia permanserint,non per consensum ,sed ex propria dispositione , sciendũ est huiusmodi accidentia oculos infestare. Idq́ue magis vbi sumpto ex aloë medicamẽto , nihil variauerint.Voco autẽ medicamẽtum ex aloë, quod alij hieram picrã,alij simpliciter picram appellãt. Quippe si à vẽtriculo prouenerit accidẽs, huiuscemodi medicamẽ-

Veræ suffusionis indicia ex pupillæ considera tione.

Di aloës. Hiera picra.

Curat Galenus ſuffuſionis accidẽtia per epiſtolas.

ro potui dato, facillimè curatur, accedente ſimul bona cõcoctione, vt in idem conueniant, & affectæ ſedis notitia, & ipſius curatio. Equidẽ quoſdã ſic affectos, quamuis (vt ſcitis) nõ viderem, quum in alienis eſſent terris, per literas curaui. Nam quũ nonnulli ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia, atq; aliis regionibꝰ, per epiſtolas à me peterent etiã in ſuffuſionis initio, nullo adhuc vitio in pupilla apparente, vt probatũ aliquod eis medicamentũ trãſmitterem, volui prius certiorem me redderent, num ex multo tempore ita fuiſſent affecti. prætereà de aliis quoque, quorum paulo antè mentionem fecimus. Qui quum per epiſtolas reſponderent, ſex menſes aut annũ iam exactum eſſe, vtrunque oculum ſimiliter affici: quum probè concoxiſſent, meliùs ſeſe habere: per cruditates, atq; vẽtriculo mordicꝰ dolẽte, grauiùs irritari: educta verò per vomitum bile, quieſcere: nulla facta de pupilla quæſtione, ſatis efficaciter me cognoſcere putaui, nõ proprio affectu, ſed per vẽtriculi cõſenſum oculos infeſtari. Mittens itaq; picram, ipſos quidẽ in primis, atque præcipuè: per eos autem, alios quoq; multos ipſorum conterraneos ſanaui, quũ enim omnes quotquot epiſtolas meas acceperunt, docti eſſent, affecto-

rum

rum locorum notas ex literis meis didicerunt: quib⁹ deinde facilè cognitis, eos amaro medicamẽto curauerũt. At similia quoque suffusioni accidẽtia in quibusdã phreniticis speciebus, affecto scilicet cerebro, sępenumero euenire solet. Nec refert, vtrũ species an differẽtias nominaueris. Nam simplices quidẽ duæ inueniũtur, ex quib⁹ deinde tertia cõponit. Quippe sunt phrenitici quidam, qui de iis quæ oculis offeruntur, rectè (quantum ad sensitiuam notitiã pertinet) iudicant, cogitando verò, à naturali iudicio aberrant. Alij rursus cogitatione quidem falluntur minimè, sensibus tamen difformiter mouentur. Sunt pręterea q simul & sensus & cogitationis vitio laborant. Itaq; cuiusq; læsionis modum sic accipe. Quum Romæ quidam domi, cum lanifici puero contineretur, surgens à cubili venit ad fenestrã, per quã & ipse videri, & prætereuntes videre potuit. Itaq; ex vitreis vasis singula ostendẽs, interrogauit, imperaréntne vt ea proiiceret: Illi verò ridẽtes, plaudẽtesq;, vt ea proiiceret, rogabãt. tum ipse deinceps omnia arripiẽs eiecit, at illi magnis acclamationib⁹ riserunt. Postea, iuberent ne puerũ quoq; proiici, quum eos interrogasset, atq; id illi iussissent: illico ipsum deiecit. quẽ ab alto

Phreniti- dis species tres.

Phreniticus vitreæ vasa & lanifici puerum ex fenestra deiicit.

caden

cadentẽ vidẽtes,ſuppreſſo ſtatim riſu, accurrerunt,& confractũ iam puerum ſuſtulerunt. At contrariam affectionem non ſolùm in aliis, verùm in meipſo, quum puer adhuc eſſem,expertus ſum. Quũ enim per æſtatem ardente febri laborarem,& feſtucas atro colore ex cubili eminere, & floccos ſimiliter in veſtibus eſſe putabã, quos auferre tentans,nihilq́; ſub digitis eductũ inueniẽs,accuratius vehemẽtiusq́; id efficere conatus ſum. Audiens itaq; duos ex amicis,qui tum aderãt,dicentes : Vidéſne hũc iam & floccos euellere,& feſtucas colligere?ſtatim intellexi, ipſum quod dicebant,me feciſſe.Quum verò ſic animo cõſtarem,vt rationalis in me facultas nõ vacillaret : rectè inquam dicitis: proinde ne phrenitis me arripiat, auxilio eſtote.Illi autẽ quũ idoneis rigationibus caput fouerent,tota die ſequentique nocte,grauibus inſomniis turbatus ſum, vt interim & clamare,& exilire viderer:verùm poſtero die mitigata ſunt omnia accidẽtia.Igitur conſtat, quòd licet ab vna eademq; cauſa ſecundum ſpeciem accidentia proueniant, nõ tamẽ ab eadem ſede quæ primario affecta ſit,emergũt,& in iis qui ex cerebro, atq; illis qui per ventriculi conſenſum, vt dictum eſt,laborant.Quum enim in cerebro

Galeni adhuc pueri delirium.

Prænuntiat futuram in ſeipſo phrenitidem.

bro

bro cuiuſpiã bilioſus ſuccus abundat, acceditq; febris ardens, is afficietur perinde ac ſi ad ignẽ torreretur, oriturq; tũ fumus veluti in lucernis ab oleo, q̃ per vaſa, quæ ad oculum tendunt, delapſus, viſorum in ipſis cauſa cenſetur: ſiquidẽ in anatomice vidiſtis, quòd & arteriæ & venę, ab his vaſis ex quibus choroides mẽbrana cõtexta eſt, ſimul cũ neruis ad oculũ deſcendunt.

Bilioſus ſuccus in cerebro abundans, viſorum cauſa.

Verùm huic ſermoni, vtpote ſatis iã definito finem imponentes, de reliquis oculi partibus id in vniuerſum dixerimus, noſtri inſtituti nõ eſſe, earũ particularũ quæ manifeſtè ſenſu percipiuntur, ſi à naturali cõſtitutione aberrauerint, notas perſcribere: ſed illarũ potiùs, quæ quum affectæ fuerint, ſenſum latẽt. Nã quũ pupilla manifeſtè videtur aut fracta, aut diſtorta, aut præter naturã vel aucta, vel imminuta, haud difficile eſt affectam particulam cognoſcere, at verò quę ſit diſpoſitio huiuſmodi faciẽs affectũ ſcire non ſine negotio, à medica arte petendũ eſt. verùm de iis in libro de cauſis accidentiũ iam ſcriptum eſt. proinde nõ opus eſſe videt᷑, vt in hoc libro vel affectas ſedes in oculis, quas ſenſus cõſequi poteſt, vel affect⁹ ipſos declarare aggrediar. Quippe affectuũ noĩa vno paruo volumine, cui titulus eſt, Quo-

modò naſcantur oculorū affectus perſcripta ſunt. Cauſas vt dixim⁹ in libro de accidentiū cauſis inuenies. Tēpus igitur eſt, vt ad linguam noſtra cōuertatur oratio.

De affectuum linguæ notitia, item de ſopore, & morbo comitiali.

CAPVT II.

ATque videmus interdum ipſius motum, interdum guſtandi ſenſum lædi, atque nōnunquàm cū eo tactū quoq;.

Guſtus.

Neque enim alio guſtus atque alio tactus neruo vtitur, vt in motu videre eſt. Nerui enim à tertia coniugatione orti non ſolùm tangēdi, verùm etiam guſtandi vim obtinent. Verùm crebriùs læditur guſtandi quàm tangēdi facultas, quamuis iiſdē neruis vtraque vtatur. Nam ad guſtū quidem exacto iudicio opus eſt: tangendi verò ſenſorium, vt craſſiſſimum, ita cernendi, tenuiſſimum eſt.

Neruorū tertiæ cerebri coniugationis facultas.

Senſoria.

Auditus verò ſenſorium, vt in tenuitate à viſu, ita ſenſorium guſtus in craſſitudine, à tactu, ſecundum locum obtinet. Olfaciendi verò ſenſorium, in illorum quatuor medio cōſtituitur. Mouendi autem vis linguæ aduenit, à ſeptima neruorum à cerebro ortorum coniugatione, non longè à ſpinalis medullæ initio. Quúmque hoc in loco vtraque cerebri pars, tam dextra, quàm ſiniſtra

Motus linguæ à quib⁹ neruis.

ſtra afficitur, ne apoplexia hominem rapiat, periculum eſt: vbi verò altera tantũ, in †paralyſin finiri ſolet. Ea interdum alteram duntaxat linguæ medietatẽ à motu prohibet: interdum partes ſub capite conſtitutas: & quidem modò has, modò illas infeſtat: nõnunquam alterum latus, per vniuerſum corpus vſque ad extremas pedum partes afficit. Igitur ex faciei partibus ſola lingua ſæpenumerò videtur iam dictâ noxa moleſtari: quum nulla ſit, neque in tactu ipſius, neq; in guſtu læſio. Cuius rei cauſa haud obſcura eſt, vobis præcipuè, qui vidiſtis neruorũ à cerebro ꝓceſſum, ad faciẽ quidẽ à parte eius anteriore: ad partes verò totiꝰ animalis ſub facie omnes, ab altera parte nempe poſteriore. A qua etiã eorum neruorum qui ad linguæ muſculos veniunt, cõiugatio procedit, quibus ipſa motũ ab electione perficit. Itaque non ab re quum anterior dũtaxat cerebri pars afficit, ſola linguę motio vitio carebit. Reliquæ verò faciei partes omnes in altera parte, dextra aut ſiniſtra, & ſenſum & motum ab electione amittunt. Quòd ſi nanque aliquãdo ſola anterior cerebri pars afficitur, ſupremum ipſius ventrẽ ei conſentire neceſſe eſt, atque cogitãdi quoq; actiones vitiari. Pro-

Apoplexia.

Paralyſis

† *Al.* παραπληγίαν

Nerui ad faciem.

Anterior cerebri pars affecta.

inde qui ita affectus eſt, neq; ſenſus neq; motionis munere fungitur:ſpirādi tamen facultas haudquaquàm læditur, vocatúrque hic affect⁹ caros, id eſt, ſopor. Si verò adeò vehemēter ſpirationē opprimat, vt quis vel magno conatu vix ſpirare poſſit, eorū exēplo qui per grauē ſomnū ſtertere ſolent, apoplexia nominatur. Atqui ſolutę apoplexiæ creberrimè ſuccedere ſolet vocata†paralyſis. Sopore verò finito, bona valetudo magna ex parte ſubſequi cōſueuit. Fit autē ſopor, Hippocrate autore, muſculis temporū affectis, prętereà in acutis quoque morbis, vt idē Hippocrates ſcripſit. Inter ſoporē verò & apoplexiā morbus comitialis medi⁹ eſt, cōuulſionē afferēs vniuerſo corpori, ſed in paralyſin non finitur. Horū trium morborū, frigidus ac craſſus aut omninò viſcidus humor, cauſa eſt. Verùm & in ſopore, & morbo comitiali, ventres magis, cerebri corpus minus: in apoplexia verò, corpus magis affici ſolet. Et in caro quidē anterior pars magis, in apoplexia & morbo comitiali vtraq; afficitur. In catalepſi verò & catoche dicta, poſteriora cerebri potius afficiūtur. Quū autē oſſe quopiā terebra perforato, medi⁹ vētriculus fuerit cōtuſus, ſopor hoīem occupat, ſed neq; cōuulſione neque difficili

facta

Κάρ☉, ſopor.

Apoplexia ſuccedit paralyſis.

† Al. παρεπληκτία

Morbus comitialis inter ſoporē & apoplexiam medius.

Catalepſis.

Sopor vigilans.

facta ſpiratione:hæc apoplexiæ, illa morbo comitiali peculiaris eſt : haud ſecus q̃ catalepſi,ſoporiq; ſeruatur ſecundũ naturã ſpiratio. Verùm vt per ſoporẽ palpebrę claudũtur, ita in catalepſi manent apertę. Quemadmodũ autẽ inter perforandum, quum quis membranã negligenter,ac vltrà quàm res expoſtulat, meningophylace(id eſt mẽbranæ cuſtode)premẽdo violauerit ſopor accidere ſolet.Ita vbi os calvariæ vehemẽter attritũ ipſius vẽtriculos comprimat, maximeq; mediũ, ſopor ſuperuenire poteſt. Quinetiã ad vehementes dolores hic affectus ſequitur, cõcidente videlicet robore ſpirit⁹ animalis. Voco autem ſic id quod eſt in cerebri ventriculis primũ animę inſtrumentũ, quo & ſenſum & motũ in vniuerſas corporis partes tranſmitti.Hos cerebri affectus, tũ ꝙ iam propoſito ſermoni familiaritate coniunguntur, tum etiã quòd anteà nõ ſatis declarati fuerunt operæpretiũ duximus in pręſentia definire.Sed ad linguæ affectus redeundum nobis eſt : quorum alij quidẽ communes ſunt per cerebri neruorũmq; cõſenſum,alij ipſius duntaxat proprij cenſentur. Igitur quod ad communicationẽ quam cum cerebro habet, pertinet, vt per ſeptimam neruorum cõiugationem mo-

Sopor à catalepſi quid differat.

Meningophylax lamina aenea eſt, firma paulũ reſima extrema parte, leuis, ſubiicitur è parte q̃ ſcalpro exſcindi debet, nec vltra ſcalprum trãſire patitur

Spiritus animalis.

Communicatio linguæ cũ cerebro per neruos.

Neru' tertiæ cõiugationis mollis dictus.

tus ipſius vitiatur. Ita ſenſus impediri poteſt per tertiã, quem neruum diſſectores mollẽ appellant, deſcendentẽ diſperſúmque (vt ſcitis) in tunicam quæ linguã comprehendit, quemadmodũ is, qui à ſeptima cõiugatione ortũ habet, muſculis ipſam mouentibus diſtribuitur. Proprij autẽ ſolius linguæ affectus, ex iis quæ iam ſuprà de oculorũ propriis affectibus diximus, haud difficulter inueniẽtur. Quippe ſicut muſculorũ ipſius aut ſimilariũ intẽperantiæ motũ impediunt, ita ambientis ipſam extrinſecus mẽbranæ intẽperies, & tãgendi & guſtandi ſimul ſenſum vitiat. Inſtrumẽtalium verò affectionũ ſpeciẽ referũt inflãmationes, ſcirrhi, œdemata, eryſipelata, ſuppuratiões. de his verò, vtpote quæ tũ viſu tũ tactu diſcerni poſsũt, nihil aliud in hiſce cõmẽtariiis dicemus. quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro perſequi propoſuimus, quæ neq; viſu neque tactu, ſed demõſtratione, atq; (vt ſummatim dicam) rationali via inueniri poſſunt.

Similariũ & inſtrumentaliũ partium affectiões.

De ſenſu auditus.

CAPVT III.

Auditus.

EAdem quoq; ratione in ſenſu auditus quicunque affectus in aurium oculis obiecta cõcauitate oriũtur, rationali inueſtigatione nõ indigent. Illæſo verò ap-

parente aurium foramine, ſi audiendi facultas læditur, ſimili via & ratione inquirendæ ſunt notæ. Vbi enim præter hanc nihil læſum eſt, neruum proprium affectum eſſe, haud abſurdè coniicimus.

De affectibus faciei. CAP. IIII.

VBi verò reliquæ faciei particulæ ſimul cũ ipſa lædũtur, in cerebro diſpoſitionẽ præter naturam eſſe exiſtimamus, ipſo vel vt ſimilari vel vt inſtrumentali parte affecto. Sed facies reliquis in locis omnibꝰ, non ſolùm motũ, verùm etiã ſenſum aut perdit omninò, aut vitiatũ habet: idq; interdũ partibus quę læſas habẽt actiones, proprio affectu laborãtibus, interdũ verò neruis qui ad eas à cerebro deferuntur: denique ipſomet interdũ affecto cerebro: quorum diſcrimen per copulata ipſi accidentia facilè deprehenditur. Quippe ſi fortè fortuna vna quępiam particula, aut in ſentiendi, aut mouendi, aut vtrâque facultate lædatur, ea ſola cauſam diſpoſitionis continet: Idque aut ſuis ipſius partibus, aut neruis, qui ad ipſam ex tertia coniugatione feruntur, vel inſtrumentaliter, vel per intemperiem laborantibus. At vbi plurimæ ſimul affi-

Quãdo facies ſenſũ aut motũ amittit.

ciũtur particulæ, cõſiderare oportet, vtrũ ex vna neruorũ origine, aut pluribus, ſenſum motúmve, quum in naturali ſunt habitu, ſortiãtur. Subiiciamus enim ex arte ſecandi corpora, tẽporũ maxillarũq; muſculis, itẽ labris, & nariũ pinnis, ſenſum & motũ: linguæ verò, omnibúsq; oris partibus ſenſum dũtaxat, à tertia neruorũ cõiugatione procedere: à ſecũda verò, vt oculorũ muſculis motum, ita à prima oculis ipſis cernẽdi ſenſum ſuppeditari. Igit᷑ vbi particulę quibus à tertia cõiugatione nerui aduenĩũt, & quidẽ omnes, ſed in alterutra dũtaxat parte læſæ videntur (nunquã autem huius præceptionis, vel nihil dicẽtibus nobis, obliuiſcaris) neruũ ipſum primariò affectum eſſe putandũ eſt. Si verò vtranq; ſimul partem lædi contigerit, non nerui proprius, ſed in cerebro, loci cuiuſpiam, à quo nerui procedũt, primus affectus eſt. Sanè affecto in vtrâque parte, tã dextra, quàm ſiniſtra, cerebro, in eo videlicet ſpatio, vnde tertia neruorũ coniugatio prodit, oẽs vicinæ partes ſimul affici conſueuerũt: proinde & ſecundæ & primę coniugationis nerui: vnde ſequitur, vt oculorũ quoq; partes lædãtur. Quòd ſi vnus duntaxat vel muſculus, vel neruus quoquo modo ſiue primariâ affectiõe, ſiue p

Anatome neruorum ad tẽpora & nares ac labra pertinentium.

Muſculorum faciei offenſio à dextra in aduerſam partẽ deflectitur.

cen

cõſenſum fuerit affectus, pars ipſa in aduerſum trahitur muſculũ. Nã reſoluto muſculo, qui dextrã labri partem mouet, ipſa ad ſiniſtram deflectitur. At ſi is qui ſiniſtram mouet reſoluitur, ipſa trahitur ad dextram. Haud ſecus & totam mandibulam, & narium pinnas, & genas vtraſque quas à muſculoſa latitudine (id eſt, lato muſculo) moueri didiciſtis, in aduerſam partẽ deflecti contingit. Id autem per neruos non à tertia cõiugatione, ſed à ceruicis vertebris procedentes, efficitur. Nã hi per totam penè faciem ſpargũtur, exiguâ ipſius parte excepta, quæ à quinta coniugatione prodeuntes neruos ſuſcipit, in ſuprema videlicet lati muſculi parte.

Nerui à ſpina in faciem.

De ſpinalis medullæ affectibus.

CAPVT V.

SEd iam tẽpus eſt, vt ſpinalis medullæ affectus perſequamur. Igitur ſpinalis medullæ affectus, quantũ ad præſentẽ inquiſitionẽ pertinet: cõpendioſam habent doctrinam: ea verò quę ex actionibus habetur cognitio, non itẽ. Etenim niſi quis neruorum ab ipſa procedentium cõiugationes ita memoriâ teneat, vt ad quã corporis partẽ ſingulæ perueniãt, cognoſcat, diſcernere non poterit, ſecundum†quàm

Spinalis medulla.

†πίστιν.

vertebrã ipſa ſit affecta: velut è contrariò ſi illarum meminerit, facilis erit affectæ ſedis notitia. Quinetiã ſi reliquarũ quoq; partium omniũ notitiã quæris: vt neruorum qui à ſpinali medulla oriũtur, memineris neceſſe eſt. Veluti vbi primæ vertebrę afficiũtur, licet raro euenire tamẽ interdũ angina poteſt, idq; in pueris magis, quàm adultis, de qua Hippocrates libro ſecundo de Morbis populariter vagãtib⁹ in hunc modũ ſcripſit: Erant anginæ affectiones huiuſmodi, Ceruicis vertebræ ad interna conuerſa ſunt, aliis quidẽ plus, aliis verò minus, atq; in partibus exterioribus manifeſta videbatur in ceruice concauitas: dolorẽ laborãs, quũ tangeretur, ſentiebat. Accidit etiã angina cuidã, ſub ea vertebra quam †dentem nominãt, verùm non adeò acuta: quibuſdã verò ob rotunditatis magnitudinẽ omninò conſpicua. Fauces autem, vt ea vertebra quæ dens dicitur, inflammatione minimè laborabãt, ſed moleſtiâ afficiebãtur. Ea quæ ſub genis erãt, tumebãt quidẽ, ſed inflammatione laborãtibus haud erant conſimilia. In-

Angina.

† Dẽtem totã ſecũdam vertebrã ceruicis vocauit Hippocrates: ꝓpriè dẽs dicitur: ab hac vertebra proceſſus pyrenoides valido ligamento capiti alligatus, hinc annuimus & abnuimus. Notæ anginam indicantes, nullo tamen exiſtente in gutture proprio affectu.

guina

guina nullus dolor cruciabat, sed naturali potiùs habitu permanebant. Lingua haud facilè cõuertebatur, atq; aucta ipsis videbatur, atque exerta: venæ sub lingua manifestæ: deglutire nisi magno cũ labore nequibant: at si vi quadam deuorare conarentur, per nares effluebat id quod ingesserant. Ex naribus loquebãtur. Spiritus ipsis non admodũ elatus, nonnullis capitis, temporum, atque ceruicis venæ attollebãtur. atque horũ quibusdam, † quibus dolores recrudescebant, tempora paululum calebant, quamuis alioqui non febricitarent. Plurimi non angebantur, nisi quum vel sputum vel aliud quippiam deglutire tẽtarent. Neque subsidebant oculi. Igitur quibus tumor nõ in alterutram partem deflexus, sed rectus erat, nequaquàm paralytici euadebant. Horum si quempiam periisse mihi constaret, id referre grauarer minimè. nam quotquot memoria nunc consequi possum, omnes superstites permanserunt. Atque alij quam celerrimè sanitati sunt restituti: Alij non pauci quadragesimum diem præterierunt. Insuper nonnullos, febris omninò non arripuit: Plurimis etiam vsque in longum tempus, pars quædã tumoris protracta est, cuius rei signum & à deglutitione, & à voce sumi poterat:

† *Al. admodum horrendis & tetribus.*

Atque

Atque eliquatæ quoque columellæ, quanquam nihil mali habere videbãtur, malæ tamen ſignificationis nuntium prȩſtabãt. At verò quibus alterutra pars afficiebať, ij ea parte à qua vertebræ reſoluebantur, paralytici euadebãt, atque hæc ipſa verſus alterã trahebantur. Porrò huiuſmodi accidentia, tũ in facie, tum in ore, & ſepto quod gurgulionem diſtinguit, euidenter deprehendebãtur. Quinetiã inferiores genæ pro ratione mutabantur. Cȩterùm qui paralytici ab angina fiebant, iis non totũ corpus, vt in aliis fieri ſolet, reſoluebatur: ſed vſq; ad manus dũtaxat malũ procedebat ab ea parte, quæ anginâ vrgebatur. Atq; ij cõcocta quædã, eaq́; exigua, & nõ ſine moleſtia expuebant: prætereâ quibus tumor in rectitudine conſiſtebat, ij expuere poterant. At ij quos febris quoq; infeſtabat, longè maiori cum difficultate ſpirabãt, ac inter loquendũ ſcreabant, venæ ipſis attollebãtur, atq; pedes erant quàm frigidiſſimi. Horũ ſi aliqui nõ illicò mortui ſunt, ij tamẽ erigere ſeſe haudquaquã potuerunt. Verùm omnes quotquot equidem nouerim, mortem obierunt. Totam huius ſermonis ſeriẽ in ſecũdo libro eius commentarij, quem in ſecundum librum de Morbis populariter vagãtibus perſcripſimus

Paralytici ab angina.

pſimus,ad verbum ferè enarrauimus. Atq; idcirco eam totã hic inſeruimus, eo quòd Hippocrates multis oſtẽdit accidiſſe anginã nobis rarò viſam, nullo exiſtẽte in gutture proprio affectu. Quinetiam quod circa primas oritur vertebras, à quarũ ſecunda pars quædã dentiformis vocata procedit: vnde nonnulli ipſam totam vocauere dentem. At nunc ſub hac quoque vertebra (inquit) factam quidem anginam, ſed non æquè acutam, vt ea quæ circa ſecundã fieri ſolet. ſiquidem conſtat, quòd ſpinæ partes quò fuerint altiores, eo ſunt præſtãtiores proinde quò inferior primis duabus vertebris fuerit diſpoſitio, eo minorẽ inferret noxam. Nam ex arte ſecandi corpora didicimus, ſepti trãſuerſi neruos ſub quarta ac quinta vertebra emergere: præterea ex cõmẽtariis de Spirationis cauſis edocti ſumus, liberam ſpirationẽ à ſolo fieri ſepto tranſuerſo, accedente ad hanc intercoſtalium quoq; muſculorũ actione, vbi videlicet vehementiori opus eſt ſpiratione. Quòd ſi vehemẽtiſſimâ ſpiratiõe indiguerimus, ſuperiores etiã muſculos concurrere oportet. Verùm nõ ſolùm ob magnam aut maximam ſpirationẽ horum muſculorũ actionẽ requirimus, ſed ob alias quoq; cauſas, de quibus latius in libris de Dyſpnœa

Vertebra dẽtiformis

Nerui ſepti tranſuerſi.

Muſculi intercoſtales ſpirationem adiuuant.

ſpnœa

ſpnœa(id eſt ſpirandi difficultate) iam di-
ctũ eſt.In præſentia verò ſatis fuerit,à præ
ſcripto Hippocratis ſermone tantum acci
pere,quantum ad affectorum locorum no
titiam neceſſarium eſt.Si prius eius verbi,
quod in libro de articulis à nobis explica-
tũ eſt,meminerimus,vbi inquit: Vertebra «
rum autem quæ in ſpina ſunt, quæcunque «
per morbos in gibbum trahuntur.Vult ni- «
mirum nõ ſolùm ad interna vertebrarum
luxationem,quam lordoſin (ideſt excaua-
tionem)vocant,ſed eam quoque , qua fo-
ràs vertebræ labuntur , comitari tẽſiones,
quæ ad partes fiunt internas, trahentibus,
qui ibi præter naturam conſiſtunt tumori
bus neruoſa corpora.Igitur vbi vnica dun
taxat vertebra,aut etiam duę,aut tres ſeſe
deinceps cõſequentes diſtrahuntur,ea par
te ſpinam cauari contingit.Vbi verò inter
diſtractas vertebras,vel vna vel plures illę
ſæ permãſerint, ſic affectis gibbus accide-
re ſolet.At ſi in alterutrã partẽ, vel dextrã
vel ſiniſtrã diſtrahatur,ibidẽ in obliquum
torquebitur ſpina. Atque in eo quẽ præmi
ſimus ſermone, vtriuſque mentionem fe-
cit Hippocrates:excauationis quidem, cũ
dixit: Quibus ſecundum rectitudinem tu- «
mor incedit:obliquę verò torſionis, dicẽs: «
Quibus verò alterutra pars afficiebat.Por «
rò

Hippocrates lib. 3. de articulis ſub principium.

Lordoſis vertebrarum luxatio ad interna.

Gibbus quãdo accidit.

rò exactè admodũ atque vtiliter nobis (ſi legerimus) hæc conſcripſit. Per excauationem quidem, neminem fieri paralyticum, quod fit vbi pars aliqua reſoluitur. Per obliquã verò torſionem, malũ ad manus vſque procedere, ſignificãs ipſum ad infernas partes, vt coſtas, lumbos, crura, nõ poſſe deſcendere. In primis itaque hoc nobis ſciendũ eſt, alia quidẽ ſequi accidẽtia, laborãte ſpinalli medulla proprio affectu, ſiue id ex ſola intemperie fiat, ſiue ſimul humore quopiã affluẽte, vt in eryſipelate, inflãmatione, atq; vlcere putri. Alia verò cõtuſa, q̃a vna vel plures vertebræ ſuo loco cõmouentur. Quippe vbi proprio affectu ſpina ipſa laborat, ſiue id in dextra, ſiue ſiniſtra parte eueniat, citra tamẽ vertebrarũ luxationẽ, & quidẽ ſi in altera parte duntaxat afficiatur, omniũ inferiorum corporis partium, quæ è regione nocumenti conſtituuntur, tã ſenſus quàm motus læditur. Si verò vtraque pars affecta eſt, omnes particulæ tam in dextra quàm in ſiniſtra parte, ei quæ læditur ſubiectæ, ſimiliter reſoluũtur. At luxata vel ad gibbũ vel ad concauũ vertebra, fieri poteſt, vt nulla omnino partium inferiorũ, vel in ſentiẽdi vel mouendi facultate vitium percipiat. Atque fieri etiã poteſt, vt lædatur eo videlicet modo,

Obliquæ ſpinæ torſio.

Spina proprio affectu laborans.

qui

qui ab Hippocrate in libro de articulorũ affectibus definitus iã eſt. Quũ igitur angulosa (vt ipſe nominat) fit ſpinæ luxatio, id eſt, quũ nõ paulatim, ſed affatim, ꝑinde ac ſi frãgeretur, pars aliqua curuatur, ſubiectas partes oẽs lędi neceſſe eſt. Paulatim verò facta luxatione, atq; in orbẽ magis, nihil notatu dignũ patiuntur partes, quæ cõmotæ vertebræ ſupponũtur. Sed in obliquum luxatio lædit omnino partes eas, ad quas nerui ex luxatis vertebris procedẽtes perueniũt: idq; magis in ceruice, in thorace minùs, ſed multo minùs in lumbis accidere ſolet. Siquidẽ in ceruice vertebræ inter ſe cõnexæ æqualiter vtræq; conferunt foramini, vnde neruus ꝓcedit. In thorace aũt ſuperior magis, inferior minùs. Sed in lũbis totus neruus ex ſuperiori excidit vertebra: vbi ſi trãſuerſa eueniat vertebrarũ luxatio, eadem ſecum trahẽs & ſpinam & neruum, illæſum ſeruat ipſius ſecundũ naturam ortũ. In ceruice verò, ex loco medio inter duas vertebras procedẽtes nerui, per obliquas luxationes, in ea quidẽ parte, ad quam ſpina ipſa deflectitur, opprimuntur: in altera verò, tenduntur. Porrò tenſiones quidem, vbi ingens quoq; inflãmatio acceſſerit, conuulſio comitatur. Ad compreſſiones verò earum partiũ, ad quas oppreſ-

Angulosa ſpinæ luxatio.

Luxatio ſpinæ in obliquũ.

Foramina vertebrarum, ꝑ quæ nerui exeunt.

ſus

ſus neruus peruenit, paralyſis, id eſt, reſolutio ſequitur. Igitur non ab re in ea angina cuius in pręmiſſo ſermone hiſtoria narrata eſt, ad manꝰ vſq; ſuperuenit reſolutio vtpote procedētibus neruis ex fine ceruicis ad manus. Quippe ſub ceruice thorax eſt, à cuius vertebris emergētes nerui non ad manus, ſed ad ſpatia intercoſtalia trāſmittūtur, paucis qui ex primis procedunt exceptis. Igitur per eas quas nuper diximꝰ vertebrarū luxationes, reliquæ faciei partes omnes, neq; in ſenſu, neq; in motu noxam ſubeunt. Porrò genæ duntaxat, ſine mandibula læduntur, vt quæ à muſculoſa latitudine, id eſt lato muſculo mouentur. *Latus muſculus.* Cónſtat itaq; quod muſculi, quibus mouēdi vis aduenit per neruos, qui à ceruicis vertebris orti in ipſis diſpergūtur, noxam non euadunt, ſi & ſpinam, & prouenientes ab ipſa neruos affectus quiſpiā infeſtauerit. Verùm qui & quod ſint huiuſmodi muſculi, ex neruorū qui à ſpina oriuntur, diſſectione didiciſtis: veluti alia quoq; cognitu neceſſaria accidētia, quæ ſequūtur, vbi ſpinæ ipſius vertebrę vel in gibbū, vel cōcauum, vel etiā tranſuerſum luxantur, ex ſecunda particula cōmentariorū, quos in librum de Articulis edidimus, omnia cum propriis demonſtrationibus accuratè con

ſcripta habetis. Quorū ſummas in præſentia commemoraſſe operæprecium fuerit. Equidem nonnulla iam percurri. Supereſt itaque vt ea quæ nōdum tacta ſunt, tractemus, vt nihil orationi noſtræ deeſſe videatur.

Vertebrarum luxationis cauſæ.

Porrò ſcire debetis, vertebras à ſuo poſitu luxari, aut ob caſum, aut ictum, aut tumorem præter naturam, neruoſa corpora vertebris ipſis atque ſpinæ inſita, extēdentē. Horū duo ſunt genera: aliud enim eſt, partium quæ ſecūdum naturam ſe habēt, aliud tumorum quorūdam qui præter naturam accidunt: quos Hippocrates vno vocabulo comprehendēs cruda tubera nominauit.

Cruda tubera.

Igitur manifeſtum eſt, quòd in præmiſſa conditione, quam libro ſecundo de vulgariis morbis deſcripſit, ceruicis vertebris adiacentes muſculi afficiebantur: potuit etiā tuberoſus aliquis tumor accedere, ob quē cōcocta nōnullos ſcreare dicit, facta videlicet tuberum concoctione.

Anginoſi

Cur igitur eos anginoſos appellauit? an q̄a difficulter ſpirabant, nullo exiſtente vel in pectore vel pulmone vitio? quippe hac in re differt anginæ cōcurſus à peripneumonia, & laterali morbo, atque ex eo quòd anguſtiæ ſenſus in gutture eſt.

Anginæ definitio.

Libro 3. Prog.

Prætereà in præſagiorū libro videtur anginæ nomine appellare omnes affectus huic loco accedē-

tes,

tes, quos ſpirandi difficultas comitatur. In- ,, quit enim: Angina periculoſiſsima eſt, cele- ,, riterq́; enecat, ſi neque in faucibus, neq; in ,, ceruice quicquã apparet, ſi dolor vehemẽs ,, eſt, ſi † vix ſpiritus trahitur: etenim eodem ,, die iugulat, licet interdum vſque ad alterũ ,, aut tertiũ aut etiam quartũ protrahatur. ,, Quæ verò in reliquis nõ minore quidem ,, dolore afficit, extumeſcit autem, & in fau- cibus ruborem mouet, ſuperiori non mi- ,, nus periculoſa eſt: ſed longius ſpatium ha- ,, bebit, † præcipuè ſi vehemẽs fuerit rubor. ,, Sed tum præcipuè malum prolongatur, ,, quum nõ ſolùm fauces ſed ceruicem quo- ,, que rubor occupat. Maximè verò poteſt ,, ab ea ſecũda valetudo cõtingere, ſi rubor ,, ſimul & ceruicẽ & pectus cõprehendat, ne- ,, que ad interna reuertatur eryſipelas. Igi- tur ex iis verbis haud dubia cõiectura eſt, omnes affectus qui huic loco accidũt, ſi ſpi- rationẽ quoquo modo reddant deteriorẽ, ab ipſo cynanchas (id eſt anginas) nomina- ri. Nondum ſolitis medicis cynãchen per K, ſynanchen verò per ſ, nominare: tãtum abeſt, vt vel paracynãchen vel paraſynan- chen dicerent. Quippe tum primùm homi- nes res ipſas neglexerunt, quũ nimio ſtu- dio nomina quærere inciperẽt. Itaque qua- tuor inuẽtis nominibus, quatuor affectus

† ὀρθόπνοιαν, quæ voce non ſolùm recta illa ſpiratio, ſed quæ omnino difficilis intelligitur.

† εἰ τὸ ἐρύθημα μέγα γένηται quod ferè non legitur in exẽplaribus Græcis.

Synãche, paraſynanche.

ſignificari dicebant. Ac notas ipſorum ſcribẽtes, genus illud quod ſuprà tractauimus quum ſermonẽ ex libro vulgariorũ morborum ſecundo explicaremus, omnino dereliquerunt. Atq; hæc ſunt quatuor eorum

Anginæ quatuor genera.

genera. Primum vbi fauces inflammãtur, fauces voco internũ oris locum, vbi ſimul cõueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ. Alterum cùm neq; fauces, neque reliquæ oris partes, neque etiam externarum partium vlla inflammata videtur, laborãs tamen ſuffocationis periculum in gutture ſentit. Tertiũ vbi extrinſecus circa fauces inflãmatio apparet. Quartũ vbi gutturis partes tum externæ tũ interiores ſimiliter

Ceruicis alius affectus anginæ nõ diſſimilis.

affectę ſunt. At ſupereſt adhuc alius ceruicis affectus, quẽ ipſi ſilẽtio pręterierũt, vbi ad anteriores partes vertebræ luxantur: & quidem ſolis interdũ muſculis, qui cũ ipſis communicant, tumore præter naturã affectis, vel nato ibi tuberculo, interdum etiã gulâ pariter vitiata: nonnunquã muſculis quoq;, qui gulam gutturi iungunt: quinetiã propriis aliquando gutturis muſculis, qui ipſum aperiunt oblæſis. Per omnes id genus affectus ſpirãdi quidem difficultas oboritur, ſed citra ſuffocationis periculũ: laborãtes difficulter deglutiunt, atq; dolore afficiuntur idq; præcipuè cum potus eis

per

per nares reſilit. Accidit etiam interdũ, vt excedẽte inflãmatione, & lingua & fauces in tumorem attollantur, quẽadmodùm & Hippocrates ipſe tradidit. Verùm huiuſce modi cognationũ enarratio propoſito noſtro nihil conferre videtur. Nã lingua affecta, aliæ quoque actiones deperduntur. At vbi vnica duntaxat actio læſa eſt, & ſedes affectæ plures, tũ noſtri inſtituti eſt, vt ex reliquorũ accidentiũ varietate eas diſcernendo inueniamus. Quippe nullo ſpiritalium inſtrumẽtorum quoquo modo, neq; primario, neq; per conſenſum affecto, fieri minimè poteſt, vt ſpiratio lædatur. Quũ itaque multa ſint ſpirandi inſtrumenta, ac numeroſa quoq; partium multitudo, quibus ipſa conſentire cõſueuerunt: nõ ab re multa diſcretione indiget is, qui & primariò affectas & cõſentientes ſedes inuenire conatur. Igitur ex ſola ſpirãdi ſpecie, illico nõnihil & de affecta ſede, & de ipſa diſpoſitione coniicere licet. Quippe ſi videatur laborans inter ſpirandũ totũ mouere thoracem, vt in parte quidẽ anteriore ad iugulum, in vtroq; latere † ad ceruicẽ, in parte poſteriore ad ſcapulas vſq; motus ipſius aſcẽdat, tres ex huiuſmodi ſpiratiõe diſpoſitiones ſignificantur. Vna eſt, flammea in pulmone atq; corde caliditas: Altera in ali

Spirationis vitiũ.

Libro de cauſis reſpirat.

† χῶραι τῶν ἐπωμίων.

quo ſpiritaliũ inſtrumentorum anguſtia. Tertia eſt facultatis muſculos thoracis mouẽtis debilitas. Quũq; huiuſmodi ſpirationẽ cõſpexeris, in primis arteriæ pulſationẽ perpẽdere oportet, hæc eñ quantus ſit calor indicat. Atq; de iis in libro De præſagiis à pulſu, iam ſcriptum eſt. Deinde ſpirationem ipſam cõſidera, an multa, an frequens, an exufflando fiat. Poſtremo thoracem in pectore tange, quem ſi ardentem inueneris, iam oẽs copioſi caloris notas te habere nõ dubita. Quibus ex abundantia accedit faciei oculorũq; rubor, capitis ardor, ſitis vehemẽs, lingua arida & ſalebroſa, dicẽte infirmo ardere ſeſe. Vbi verò incẽdij ſignis modũ ſeruãtib⁹ thorax vehementer dilatatur, anguſtiã in ſpiritalibus inſtrumentis eſſe portendit. Itaq; cõſideres oportet, an guttur ſit affectũ, an pulmo, an thorax ipſe humoribus impleatur, an tubercula in ipſis nata ſint, quo in genere etiã abſceſſus numerant. Atq; gutturis affectus tum primarios, tum eos quib⁹ per cõſenſum infeſtatur, iam ꝑcurrimus. Pulmonis aũt thoracisq; vitia paulò pòſt accuratiùs ꝓſequemur. Nam in præſentia ſpinæ duntaxat affectus tractare ꝓpoſuimus, tum alios, tũ illos q̃ ei per imbecillitatem vocatam accidere ſolent. Porrò ſolet

Aeſtus ſigna.

Anguſtia in ſpiritalibus inſtrumẽtis.

let imbecillitas accidere, interdũ cerebri vitio, vtpote à quo & ſentiẽdi & mouendi facultatem recipit. Interdum ipſa dũtaxat ſpina primario affectu laborante, idq; ob peculiarẽ intemperiem, vel toti ſpinæ, vel diuerſis ipſius partibus aduenientẽ, quam vulgarium medicorũ mentes nequaquam comprehendere valent, quum tamen creberrimè videant laborantes quoſdã adeò reſolutos, vt vix digitos poſsint mouere, quãuis omnibus thoracis partibꝰ ſpiritus trahatur, nullo ardente calore ad magnã ſpirationẽ ipſos cogẽte. Id verò ob huiuſmodi cauſas eis accidit. Nã dum quiẽſcit animans, liberãs ſpirationẽ ſolum ſeptum trãſuerſum modò valeãt vires, efficere ſolet. Vbi verò ob infirmitatẽ, ſpirandi munus perficere non valet, tum intercoſtaliũ muſculorum concurrit auxilium. Quòd ſi prætereà maiori animal ſpiratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes, quorũ maximi ſcapulas ſecũ manifeſtè mouẽt, ad ſpirandi actionem requirũtur. Quum itaq; hominẽ ſpirandi opus omnibus thoracis partibus perficere videris, nõ fuerit tamẽ frequens ſpiratio, quantum thorax dilatetur perpẽde. Inſuper & narium pinnas, etenim ipſę quoque & dilatantur & contrahuntur. Dilatatur autem thorax quidem,

Spinæ imbecillitas.

Libera ſpiratio.

Dilatatio thoracis in anguſtia ſpiritus.

verùm nõ similiter vt in ardentibus febribus, quùm adhuc valẽt vires. Nã in iis magna ex parte totus thorax dilatari cõsueuit. Neq; etiã vt in illis, quibus id euenit ob aliquã spiritaliũ instrumentorũ angustiã, vt in agina, atque in dyspnœa, quam fluxio affatim descẽdẽs induxit. Neq; quibus ab vtraq; causa ꝓuenit, vt ĩ peripneumonia. Quippe hoc morbo affecti, & maxima & frequẽtissima spiratione vtuntur. Cæterùm quẽadmodũ ob virium infirmitatem, ita ob vnius quoq; particulæ particularẽ imbecillitatẽ, omnes thoracis partes dilatari coguntur.

Secũdus athelta cõpresso spiritu laborans.

Igitur athleta Secũdus nomine, qui satis quid pateret intelligebat, sentire se manifestè in septo transuerso dixit imbecillitatẽ. Atq; idcirco cogebat intercostales musculos sine intermissione mouere, atq; nõnũquã superiores quoq;, interdum autem zonam circundans præcordiorũ partibus, sola transuersi septi motione, sufficiẽter spirabat, quo tẽpore quiescebat.

Spiratio læsa ob calcitrationẽ equi ĩ præcordiorũ regione.

Verùm an ad septi transuersi musculũ, an ad neruos qui ad ipsum perueniũt, aggregatum ex vtrisque pertineat huiusmodi imbecillitas, mihi quidẽ explicatu perdifficile videtur. Idem spirationis genus etiam in alio quodã notaui, quem cùm aliquãdo equus in præcordiorum

rum regione calcitraſſet, adeò atrociter, vt oborta in ſepto trāſuerſo inflāmatione, mortis periculū immineret. Is licet euaſerit à periculo tutus, ab imbecillitate tamē liberari nequiuit. In alio etiā, q̄ à vehementi peripneumonia infeſtabatur, brachij tā † poſteriores, quā internæ partes, à cubito ad ſummos vſq; digitos, ſenſus difficultate laborauerūt, atq; motus quoq; nonnihil læſus eſt. Huic prætereà nerui, q̄ in primo atq; ſecūdo intercoſtali loco inueniūtur, noxam ſubierunt, quorum primus non contemnendæ magnitudinis, per intimas partes abditus defertur, ſed ei q̄ ipſum præcedit admixtus, atque multiphariam diuiſus, vt in arte ſecandi corpora videre eſt, cuius etiā partes aliquæ p̄ interiorem cubiti regionem, vſq; ad digitorū extrema perueniunt. Alter verò neruus tenuis quidem, nulliq́; admixtus, per axillā ſub cute ad brachiū defertur, diſperſus per cutis tā exteriores, quā internas partes. Huic homini celeriter ſanitas reddita eſt, adhibito medicamento ei loco, vnde nerui prodeūt, iuxta primū, ac ſecundū intercoſtale ſpaciū. Iam ſanati ſunt quoque nonnulli, quibus vtrunque crus paululùm reſolutū erat, adaptato lumbis medicamēto, in eo ſpinalis medullæ loco, vnde cruribus nerui

† ἐκ τῶν ὀπίσω.

Neruorū qui in primo & ſecundo intercoſtali ſpatio ſunt, productio vſque ad manus.

Cruris reſolutio ſanatio.

aduenıunt,nullū resolutis cruribus medicamen adhibendo. Neque enim ipsorum, sed medullæ ꝓprius erat affect⁹. Vidimus alium,cui magna oborta suppuratione in altera nate,iuxta cruris initiū, nerui eiusdem cruris per incisionem nudati sunt,sed ea parte sanata, toti mēbro mouendi difficultas accidit. Itaque coniiciens durum quippiam, à priori inflammatione in neruo derelictū, quòd huiusmodi dispositionem induceret,affecto loco idoneū medicamē adhibēdo, hominē perfectè sanaui.

Difficultas motus cruris ex suppuratione orta in altera nate.

Quod autem de partibus faciei dictū est, id de reliquis quoq; omnibus est intelligendū. Quippe vnica duntaxat pereunte actione,solum musculū, qui ipsam efficere solet,aut neruū ipsius affectum esse putandum est.At vbi plures actiones vitiatę sunt,nō eodem in loco, accidit interdum, omnes eius musculos, à communi aliqua causa lędi.Fieri etiā potest, vt neruus aliquis qui musculis illis communis est,afficiatur.Prætereà piscator quidam,quùm in fluuio pisces venaretur,adeò circa sedē & vesicam infrigidatus est,vt ipso inuito effluerent,& alui excremēta,& vrina.Atque hic quoq; ꝑ calida remedia affectis musculis adhibita,celeriter sanus euasit.Itē alius eisdem molestatus accidētibus, sine tamē

Piscator circa sedē & vesicā infrigidatus.

mani

manifesta causa, læsis circa os sacrũ neruis, multo tẽpore per multa præsidia, vix sanatus est. Igitur quod ꝓtinus ab initio dicebã, illius nunc quoque mentionem faciendo, ad alia me diuertam. Etenim si ex arte quæ corpora secare docet, ad quã particulã descẽdãt singuli nerui, à spina prodeuntes cognoueris, affectas sedes quã facillimè inuenies. Ex artis itaq; actionibus horum omnium examẽ re ipsa deprehendite. Nanque sæpenumerò vidistis ex huiusmodi notitia, manifestè iuuari laborantes. Quippe nõ solùm crura, & manus temerè ac frustra vulgares medici, tota die noctuq́;, calidis medicamẽtis illinũt, prætereũtes locũ, vbi vel spina, vel neruus aliquis ex ipsa emergẽs lædit. Verũ etiã caput cuiusdã, nõ ita pridẽ, impositis medicamẽtis vehemẽter calidis, vlcerauerũt, putãtes sensum ipsius grauiter lęsum, hoc pacto posse reuocari. Atque hunc ipsum sanauimus, inuenta sede affecta, tum ex reliquis accidentibus, tùm ex euidẽtibus causis. Nam super singulis interrogauimus. Quarum vna huiusmodi erat: Quùm sub multa pluuia acvẽto impetuoso ambulasset, palliũ circa ceruicẽ madefactum aiebat, adeò vt vehemẽti se frigore in ea ꝑte affectũ sentiret, Itaq; si sciueris ex primis

Partes affectæ dignoscendæ, priusquam adhibeantur remedia.

spinæ

Nerui ex primis ſpinæ vertebris ad caput.

ſpinæ vertebris, quatuor neruos ad caput aſcẽdere, à q̃bus pellis ipſum ambiẽs, ſenſum accipit, facilè ſedẽ affectam inuenies. Hac igit̃ ſanata, capitis quoq; pellis pariter ſanata eſt, vtpotè quæ nulla primaria affectione laborabat. Medici verò neque huiuſmodi neruos, neq; eos q̃ p̃ ſingulas cutis p̃tes diſperſi ſunt, cognoſcentes, quãuis præſentaneũ ſit eis remediũ, q̃ minime particulæ iuxta nerui initiũ adhiberi deberet, ipſi partes illæſas multo negotio moleſtãt. Ego verò ſæpenumerò vos monui, alios q̃dẽ in ipſa ſpina veluti radicem habere, alios verò vt ex magnis ramis, atque ipſis quoq; è ſpina exortis, p̃cedẽtes, q̃ rurſus diuiſi diſtribuunt̃. Atq; alij p̃ valde multas cutis p̃tes, alij p̃ pauciores. Quo magis miror diſſectores ipſos, illos nõ cognoſcere, quũ in neruorũ reſolutione quęrunt, quã ob cauſam reſolutarũ partiũ nõ ſemper & motus & ſenſus pereat? videntes aliquando ſenſum duntaxat, aliquando & ſenſum & motũ ſimul deperdi. Arbitrãtur namq; neruorũ, qui per muſculos diſperſi ſunt, reliquias, ad cutem tendere: quumq; diuiſus per muſculũ neruus affectus eſt, ſi quidẽ vehemens fuerit vitium, & ſenſum & motũ ſimul lędi, ſin læuius fuerit malũ, ſeruari quidẽ ſenſum, vtpotè qui non tan-

Senſus & motus deperditi.

tũm

tùm roboris desideret, motũ verò, eò quòd robustis egeat viribus, perire. Interdũ eñ vnus musculus, vel totum crus, vel manũ mouet, ac proinde virib⁹ indiget: qui si ita afficiat, vt munus suũ perficere nequeat, membrum ipsum immobile relinquit, sentiendi verò facultas partiũ affectiones discernẽs, illæsa tũc permanet vt quæ nõ ita validis egeat viribus, quippe nihil minus, imò magis etiá, pati possunt partes, quùm debiles fuerint. efficit eñ imbecillitas, vt facilius affectio à sensu dignoscat. Igit ratio ipsorũ in huiusmodi quidẽ neruorum resolutione ꝓbabilis esse potest. Vbi verò deperdita sentiẽdi facultate, motus nõ perit, nõnulli quidẽ adeò vanas adduxere rationes, vt satius fuisset eos cõticescere, nõnulli verò cognita huius quæstionis difficultate, nõ grauati sunt dicere, huiuscemodi paralysis speciẽ, qua seruato motu sensus perderetur, neminẽ vnquàm vidisse. Sanè qui arrogãter sibi sectæ alicuius principatũ vsurpant, artis verò opera nunquàm in exercitationis vsum duxerũt, iis nihil tã difficile videtur, quod nõ intrepidè profiteãtur. Verùm magna ex parte mentiũtur, atq; vt scribunt nonnulla, perinde ac si frequenter conspexerint, quorum tamen ne somnia quidem vnquàm viderunt: ita plurima

Sensus amissus motu incolumi.

rima

rima nunquàm videri aiunt, quamuis creberrimè conſpexerint.

De ſanguinis ſputo. CAP. VI.

Sanguis à capite ad fauces irrumpens.

ATque conuenit quidem inter medicos, ſanguinem è gula ventriculóq; vomitione, ex ſpiritalibus partibus tuſsi, ex faucibus & gurgulione ſcreatu, ex ore ſimplici expuitione expelli. Nos verò ſanguinem, qui à capite, ad gurgulionis partes internas, vt ad fauces affatim deſcendebat, tuſsiendo educi ſæpenumerò conſpeximus: quippe ſubitò gutturi irruens, tuſsim mouere poteſt. quare diligēter aduertere animum oportet, ne aliquādo huiuſmodi ſanguinem, ex ſpiritalibus inſtrumentis aſcendiſſe putemus, exemplo illorum medicorum, quos equidem noui non rectè erroris accuſare præſtātiſsimos medicos, quum ipſimet errarent, credētes huiuſmodi ſanguinis eruptionem eſſe quàm periculoſiſsimam: tanquàm pulmone vehementer affecto. Neq; enim par eſt exigua vena dirupta tantum efluere ſanguinem. Cæterùm cōtingit plærunque vt vel eroſa, vel exeſa, vel vtcunq; nominare volueris, vena, ſanguis affatim tuſsiendo eiiciat. Quū enim retroactis tēporibus, quis ex interuallis quotidie nō ita multū ſangui

Sanguis ꝑ tußim eiectus, vena eroſa.

gui

guine tuſsiẽdo expuere cõſueuerit, ſuperueniatq; ei poſteà multi ſanguinis inter tuſsiẽdum eruptio, & quidem neq; ab alto cadenti, neque in certamine, neque palæſtra grauiter vulnerato, neq; etiam ſub vllo graui pondere oppreſſo thorace reliquum fuerit, vt coniiciamus, ob inſignem eroſionem, plurimum ſanguinẽ inter tuſſiendum fuiſſe reiectum. Atque non pauci ſic affecti, pulmonis quaſdã particulas ſimul cũ ſanguine eiecerunt. Quocirca diligẽter cõſiderare oportet, an ſpumoſum quippiã ſimul educatur. Id eñ efficacisſimũ fuerit indicium, quòd ex pulmone facta ſit excretio. Haud ſecus ſi bronchi pars quædam, aut arteriæ, aut venæ tunica, aut etiã pulmonis ipſius carũcula eiicit. Quippe nihil horũ accidit iis, q̃ ex thorace ſanguinem tuſsiendo producunt. Ac ne dolor quidẽ infeſtat eos, quibus à pulmone ſanguis erumpit, vtpote qui duos neruos perquàm tenues, à ſexta neruorum à cerebro ortorum coniugatione recipit, extrinſecus per membranam ipſum continentem diſperſos, & qui per viſceris profunditatem non extenduntur. Verùm thoraci (vt ſcitis) multi ab internis, multi etiam ab externis partibus adueniũt nerui, quib⁹ facilè dolores percipi poſsũt. Prætereà thorax muſcu

Pulmonis particulæ cum ſanguine excreatæ.

Dolor nõ infeſtat eos, quib. à pulmone ſanguis erumpit.

muſculis,oſsibusq́; abũdat,pulmo verò laxus eſt,atq; à compreſsione,aut cõtuſione tutus.Proinde thoracis dolores, intẽſiores ſunt pulmonis,remiſsiores. Quùm igitur dolente thoracis parte quapiã,ſanguinem quis ſpuendo reiecerit,neque multum,neque rubrũ,ſed nigricantem, grumoſumq́;, huic thorax primaria affectione infeſtať. At ſanguis affecto thorace,per pulmonem educiť,vt in ſuppuratis affectib⁹,pus quod inter thoracem & pulmonem,ſenſus iudicio contineri percipitur: ad eundem modum in pleuriticis ſputũ coloratũ emitti ſolet,quemadmodũ in quinto huius commentationis libro vtcunq; dicemus. Conſequẽs eſt vt de vlceribus quæ ſanguinis reiectioni ſuperuenire cõſueuerunt, deinceps dicere aggrediamur. Ea in pulmone

Pulmonis vlcera.

creberrimè fieri poſſunt, ac curationẽ (vt quibuſdã videť) nequaquã admittunt, aut (vt alij putant) difficulter admodũ ſanantur.

Thoracis vlcera.

At in thorace dirupta vaſa, à quibus ſanguis expuitur, magna ex parte cõglutinantur. Nunquàm eñ huiuſcemodi vlcera, vel diuturna, curationi omninò reſiſtunt. Quæ verò in pulmone longo iam tempore permanſerunt, quamuis aliquando curentur,relinquitur tamen in ipſo res quædam calloſa, fiſtuloſaque,quæ tractu

tempo

temporis, à leui occaſione expelli ſolet. Atque cũ iis quæ inde expuuntur, miſcentur ramenta à medicis vocata, ac cruoris exigua quædã guttula, qua in re, cũ vlceribus in aliis ſedibus genitis, cõmunicãt. Verùm ex gula vẽticuloq́;, vomitu: ex renibus & veſica, cũ vrina: ex inteſtinis verò, deiectione excernũtur. Sed ex ſpiritalibus inſtrumẽtis, nihil ſine tuſſi expui poteſt. Quòd ſi plurib⁹ deinceps diebus aliquis cruorẽ & ſcreauerit, & emũxerit: idq́; citra capitis vel dolorẽ, vel grauitatẽ, ſiue præſentem ſiue præteritam, neq; is ex ictu ꝓcedat, huius & totũ per nares meatum, atque eam oris partẽ, qua ad nares foramẽ tendit, accuratè conſiderare oportet. Nã fieri poteſt huiuſmodi accidẽs, hirudine huic loco adhærẽte, quæ quidẽ indies augeri ſolet: quãuis enim primis diebus, vtpote exigua, ſenſum effugiat, tertio tamẽ, quartóve die, haud obſcurè videri poteſt. Eadẽ ratione ex vẽtriculo, quoq;, cruor epota ſanguiſuga euomitur. ſed eſt huiuſmodi cruor tenuis, ſanieiq́; ſpeciem refert, ſiue is ex vẽtriculo, ſiue narib⁹, ſiue ex ore feratur. Igitur cùm talem videris, ac hominis cõſiderato habitu, ſuper prẹteritis eũ interrogaueris, ex oĩbus rei ipſius veritatẽ facilè coniicies. Equidem quùm

Ephelcis. Ramẽtũ.

Hirudo epota, vel naribus adhærens expuitionem & vomitionem ſanguinis excitat.

Caue ne hic per ſaniem pus intelligas, ſed id quod à Græcis ichor, à barbaris virulẽtia dicitur.

viderem hominem, integra valetudine, huiuſmodi cruorē euomentē, interrogaui qua victus ratione anteà fuiſſet vſus: ille verò inter alia quæ narrauit, hoc quoque addidit, quòd cùm nocte quadam ſitiret, miſſo puero qui aquã afferret, ex immundo fonte bibiſſet. Quibus auditis, ſciſcitatus ſum, apparuiſséntne aliquãdo ſanguiſugæ in ipſo fonte, qui quum id quoq; fateretur, epoto ſubinde idoneo pharmaco, hirudinem vomitione reiecit. Porrò quũ alius quiſpiam huiuſmodi cruorē emungeret, & expueret: ipſo narrante audiui, eum rure æſtatis tempore, in ſtagno quodam, cũ cæteris iuuenili ludo qualē adoleſcentes in aqua ludere ſolent, exercitatum: tũ ego ſciens in eo ſtagno ſanguiſugas eſſe, duxi laborãtem ad ſplendorem, conuerſóque directè ad ſolis radios narium foramine, in eo meatu vbi naſus ad oris regionē perforatur, hirudinis in meatu latentis caudam conſpexi. Has igitur hiſtorias, vtpote perquàm conducibiles, vobis narrare operæpretium duxi.

Iuuenis hirudine ad nariũ meatum correptus.

Quibus notis vitiata voce, affecta ſedes deprehendatur. CAPVT VII.

QVòd in propoſito ſermone, læſionē putare oporteat, etiã ſi non penitus tota

tota partis actio ſecundũ naturã deperditur, ſæpenumerò iam diximus. Nec ab re fuerit id in præſentia monuiſſe. Prætereà (quãuis nõ ignoretis) monitos vos velim, non eandẽ eſſe rem, vocẽ & ſermonem. ſiquidẽ vox vocalium inſtrumentorũ munus eſt: loquela verò, eorum quæ ſermoni deputata ſunt, inter quæ lingua principatũ obtinet, cui nõ parũ conferũt, & nares, & labra, & dentes. Sic etiam vocis inſtrumenta ſunt, guttur, & muſculi ipſum mouentes atq; nerui, qui à cerebro ipſis vim deferunt. Igitur ſi vel claudẽtes, vel aperiẽtes guttur muſculi, immobiles reddantur: qui ſic afficitur, obmuteſcet. vbi verò, vel difficulter mouentur, vel palpitãt, aut tremũt, pro affectionis ipſius modo, vox ipſa lædetur. Similiter, ſi vel conuellendo, vel quatiẽdo, mouẽtur, aut vbi imbecillæ ſunt ipſis vires, ſiue ob ſuã ipſorũ, ſiue ob neruorũ ipſos mouentiũ affectionẽ obſcuram & paruam efficient vocem. Quòd ſi alius quiſpiam ex mouentibus guttur muſculis quoquo modo afficitur lędetur quidem vox, ſed paruum erit vitiũ, atque ſic affectus, neque obmuteſcet omninò, neq; ita exiguã habebit vocẽ. Igitur vt ex muſculis guttur mouẽtibus, præcipui habentur ij, qui ipſum aperiũt, & claudunt: ita

Vox.

Loquela.

Vocis inſtrumẽta.

Obſcuræ & paruæ vocis cauſæ.

Nerui vocales.

vocalibꝰ neruis, ij quos recurrẽtes vocãt, qui & ipsi sextæ coniugationis pars sunt neruorũ, qui à cerebro oriuntur, quemadmodũ & alij, qui quidẽ per ipsum dispersi differũt ab illis, eò quòd à neruis sextæ coniugationis non in ceruice, sed cùm ad thoracis regionẽ peruenerint, separantur. Nullus itaque tam ineptus dissector est, qui sextã cõiugationẽ totũ secet, inuitus, quãuis recurrentes nerui ob imperitiam nonnunquã diuellantur. Accidit verò interdum in magnis asperæ arteriæ vulneribus, vt vnà cùm ipsa arteria, vel alter, vel vterq; incidatur. Porrò per chirurgiã quoq; infrigidati, tãtisper vocẽ impediẽt, donec calefacti, naturalẽ temperiẽ recuperauerint. Quinetiam vitiari vocẽ haud obscurè cõtingit, quũ vel acutior, vel maior redditur, ob id ꝙ fauces à suis musculis nequeant intendi. Itẽ grauissimè læditur vox, vbi mẽbrana, quæ faucibꝰ & gutturi cõmunis est, multa humiditate rigatur. Quòd etiã destillationes eadem ratione vocẽ raucam efficere possint, nemo non intelligit. Vehemẽs quoque exclamatio, similiter vocẽ afficit, vtpote quæ simi lem inflammationi circa iam dictã membranã, atque gutturis musculos, parit affectum. Cæterùm quũ gutturis interni musculi

Recurrentium neruorum dissectio.

Vitiata vox à musculis à mẽbrana gutturis, & destillationibus & vehemẽti exclamatione.

ſculi inflammantur, eũ affectum, anginã eſſe conſtat, quæ ſimul & vocem, & ſpirationem lædit. Ac idẽ quoque in vniuerſum facere ſolent omnes præter naturam tumores, ſiue in ſpiritalibus viis exoriantur, ſiue extrinſecus ipſas comprimãt. Sic enim gula quoque vbi inflãmatione affecta eſt, vt cõprimat aſperę arteriæ tunicam, qua cartilaginũ ipſius partes extremæ ſigmoides vocatæ (id eſt, quæ ſigma literæ figurã referũt) coniungũtur, & ſpirationi, & voci noxã affe rre cõſueuit. Haud abſimile quoq; vitium inducit, vertebrarum ceruicis in anteriorem partem luxatio. ſed de his iam anteà dictum eſt. Igitur omnes huiuſmodi affectus voci adueniunt, propriis ipſius inſtrumẽtis familiari aliquo vitio, ſiue primogenia affectione, ſiue per cõſenſum laborãtibus. Nã id ad propoſitum ſermonem nihil conducit. Sunt prætereà alij affectus, cum peculiari ſua materia priuatur. Atq; in cõmentariis de voce dictũ iam eſt, quòd propria huius actionis materia, generatim quidẽ loquẽdo, eſt expiratio: ſecundã ſpeciẽ verò, atque propriã differentiam, exufflatio. quæ quidẽ eſt, quũ affatim ſpiritus foras effertur, intercoſtalib⁹ muſculis ad hãc actionem cõcurrentibus. Vnde fit, vt per vehe-

Angina.

Cartilagines ſigmoides.

Expiratio.

Exufflatio.

mentia thoracis vulnera, atq; oĩnò ipſius in altera parte reſolutionẽ, in primis quidem ſemiſpirãs, ac mox animal ſemiuocale euadat: idq; per accidens. In apoplexia verò ſopore, morbo comitiali, vigilãti ſopore, cõmuni ratione earũ actionum quæ ab impetu & voluntatis imperio procedunt, vocẽ lædi cõtingit, ſiue ſpinæ partes primæ, ſiue ſimul cum iis cerebrũ quoque afficiatur. His itaque quinq; inter ſe cõſequentiâ quadam conuenientibus, expiratione, exufflatione citra ſtrepitũ, ſtrepenti exufflatione, voce, loquela: ſi earũ prima lædatur, reliquas omnes lædi neceſſe eſt: vltima verò læſa, reliquæ haudquaquam lædũtur. At cũ ſecũda, tres reliquæ læduntur, cùm tertia, duæ vltimæ: cũ quarta verò, ſola poſtrema læditur. Etenim ſi nihil oĩno ſpiret animal, vel ex vtriſq; thoracis partib⁹, vel ex altera parte dũtaxat, & quidem ſi ex vtriſq; celerrimè ſuffocabitur: ſi ex altera tantùm, ſemiſpirãs, atq; ſemiuocale reddet: perdetq; ſimul reliquarum deinceps duarũ actionũ partem dimidiã. Quarũ alteram exufflationem citra ſtrepitũ, alteram verò, ſtrepentem nominare cõſueuimus. Quòd ſi expiratione ſeruata, corrũpatur exufflatio, reliquæ tres actiones, ſtrepens exufflatio, vox & loquela, ſimul

Strepens exufflatio

Exufflatio citra ſtrepitũ.

mul corrũpentur. Sicut voce pereunte loquelá quoq; perire necesse est. Cùm itaq; dictarũ actionũ opifices musculos cognoueritis: superest considerare, qui ex ipsis proprio affectu laborent, & quorũ actio lædatur per accidens. Quòd si quidpiam eorũ, quæ ex corporũ dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebunt vos, ij quos de respirationis causis, atq; de voce perscripsimus, cõmentarij. Atq; de his ipsis, in secundo libro de Viuorum dissectione, etiã dictũ est. Sanè expirationem faciũt, vniuersi thoracẽ contrahentes musculi: Exufflationẽ (quæ vehemens expiratio est) intercostales maximè: Strepentem exufflationẽ, ij qui in faucibus sunt: Vocem verò ipsam, gutturis musculi efficiũt. Sed lingua articulatim vocẽ distinguẽs, loquẽdi vsum præstat: atq; nõnihil ad hanc rẽ conferre vidẽtur dẽtes, labra, nariũ foramina, palatũ, gurgulio: prætereà mediocre linguæ ipsius vinculũ. Itaq; balbis blæsisq;, atq; aliis q impedita sunt loquela, loquutionis instrumentorũ aliquod, aut cũ natura ipsum formaret, aut posteà, lædi certũ est. Veluti quum vel polypus, vel aliud quidpiã nariũ foramina obstruit, aut ex primis dentibus aliqs deperdit' est, aut vbi labia fuerint mutilata.

Musculi expirationẽ et exsufflationẽ efficientes.

Loquendi vsus.

Balbi.

Blæsi.

Lib. 6. apho. 32.

Verùm quo pacto quidem tenuem obtineant vocem: ac prætereà quomodo aliæ vocis, tùm differentiæ, tùm affectiones, fieri poſſint, vt rauca, reſonãs, tenuis, aſpera, obſcura, in commentariis de voce ſufficienter diximus.

Quibus notis ſedis affectæ in dyſpnœa deprehendatur. CAP. VIII.

ATque de dyſpnœa (id eſt difficili reſpiratione) iam anteà, vbi ſpinæ paſſiones percurrim⁹, multa dicta ſunt. Quibus nunc in memoriã reuocatis, quæ ac præſentem cõtemplationẽ ſuperſunt, ſubiungã. Itaque in vniuerſum expeditè vos meminiſſe velim, muſculorũ thoracẽ mouentium, neruorúmq;, qui ad ipſos perueniunt, quos in corporum diſſectione vidiſtis. igitur introëuntes ad hominem difficulter ſpirantem, in primis cõſiderate, an omnes thoracis muſculi moueãtur, an ſoli intercoſtales ſine ſuperioribus, atq; an ſimul cũ intercoſtalib⁹ præcordia quoq; moueãtur. Quũ itaq; cõſpexeritis omnes moueri, vnã ex tribus, quas dicemus, cauſis, huiuſmodi motionẽ efficere putandũ eſt, ac deinde quę ſit illa, quę nũc infeſtat, perpẽdere oportet. Quòd ſi nõ omnes moueantur, aliter definire. Subiiciamus igitur

Difficilis ſpirationis cauſa.

aliquem

aliquē omnes ſimul mouere muſculos, vt pectus vnà cum ſcapulis manifeſtè ſubleuetur. In hoc opere ex tribꝰ vnū aliquod coniicere neceſſe eſt: Aut virium imbecillitatem, aut viarum ſpiritus anguſtiā, aut vehementē in corde & pulmone calorē. Quamuis interdū duæ, ac nonnunquàm (licet rarò) tres quoq; ex iam dictis cauſis concurrere poſſint. Atqui tribus quidē ſimul conueniētibus, proximā mortem timere oportet. vbi verò duæ fuerint, difficile eſt ægrū ſeruare. Sed vnâ duntaxat inſtāte, peculiari opus eſt finitione, vt ſciatur, vtrū ad ſanitatē ꝑueniat æger, an ſub malo ſuccūbat. Igitur vbi vires dūtaxat fuerint infirmæ, ad tria mouentiū muſculorum genera venire, eoſq; omnes ad motionē excitare ſolent, vno genere mouere pectus nequeūte. Quippe ſi ſeptū tranſuerſum ſolum, veluti quū ſecundū naturā ſe habet, ſufficiēter mouere poſſet, neque intercoſtalibus, neque ſuperioribus muſculis indigeret: quoniā verò imbecillū eſt, omnes ſenſim mouet, ſed neque frequentem, neq; raram omninò facit actionem. His igitur adhibenda eſt mens, nā cætera haud difficulter per ea diſcernūtur. Sanè plurimū auctio in ſpiritalibꝰ inſtrumētis calore, oībus quidē thoracis muſculis agit

Vires infirmæ in dyſpnæa.

animal,ſed velox,frequẽs,& vehemẽs eſt eorum actio,quando videlicet citra viriũ imbecillitatẽ, calor infeſtat.Ad viriũ imbecillitatẽ, vbi flammeus calor nõ acceſſerit,neq; velox,neq; frequẽs omninò comitatur motus:proinde non ita multũ, omnes thoracis partes delatare poteſt. Quippe hoc dyſpnœę genus,cũ ea quę ob nimiã incenſionem facta eſt, vnũ commune habet, quòd omnes thoracis muſculi per ipſam agere coguntur. Quinetiã vbi ob plurimũ calorẽ ſpiratio difficilis eſt, præter magnitudinem, frequentiã,& celeritatẽ, hoc quoque accedit, quòd calidus feruénsque ſpiritus, exufflando producitur. At in virium imbecillitate, nulla ab ore facta exufflatione ſpiritus, ex ſolis naribus emitti ſolet.Quòd ſi per inſpirationem cuipiam narium pinnæ manifeſtè cõtrahi videantur, id verò efficax proſtrati roboris indiciũ eſt. Ob ſpiritalium verò inſtrumentorũ anguſtiam, totus quidem thorax magna ex parte, & celeriter,& frequenter dilatatur: ſed qui ſic laborãt ſine exufflatione ſpiritum reddunt. Si verò ſimul conueniunt in ſpiritalibus inſtrumẽtis,& calor,& anguſtia,vt in peripneumonia:tùm neque maxima, neque frequẽtiſſima,neque etiam celerrima ſpiratio ſuffi-

Nariũ pinnæ cõtractæ in dyſpnœa.

cere

cere poteſt: ſed ſurgere tentãt ſic laborãtes: etenim ſentiunt hoc pacto thoracẽ facilius dilatari. quippe qui decumbẽtibus in ſeſe concidit, eò quòd pectoris partes ad ſpinã declinãt: quâ erecta, thorax etiã ſimul fertur, nõ amplius ſeipſum grauãs. Ac ſimiliter quoq; reſpirare ſolẽt, ij quibus aſperæ pulmonis arteriẹ plurima defluxione opplentur, aut vbi ex proximis locis in ipſas aliquid deriuatũ eſt, à ſuperiorib⁹ verò vnica duntaxat re differũt, ꝙ neq; exufflant, neq; calidũ ſpiritũ emittunt. Sic etiã iis quibus inter thoracẽ pulmonémq; magna puris quãtitas collecta eſt, quos ſuppuratos vocant totus thorax attollitur: ſed neque calidus eſt ipſorũ ſpiritus, neq; etiã exufflãdo emitti ſolet, niſi adurẽs fortaſſe febris acceſſerit. Verùm ij celerrimè ſuffocãtur, tũ ob affectũ ipſum, tùm ꝙ vires omnibus ſuppuratis ex neceſſitate imbecilliores reddũtur. Sed non neceſſario influxionibus quẹ ad pulmonẽ irruunt, aut peripneumonia: aut aſthmate (id eſt, anhelatione) robur proſternitur. Nã contrà per anhelantes affectus, craſſis & viſcoſis humoribus pulmoni impactis vires robuſtẹ, cõſtãteſq; ꝑmanere poſsũt. Atq; ſi tuberculũ, coctu difficile, aliquãdo in ipſo natũ fuerit, thorax maximè q-

Suppuratorum reſpiratio.

Fluxio in pulmonẽ.

Tuberculum in pulmone.

dem

† πολὺν δὲ εἰσπνεῖσθαι τὸν ἀέρα, multum verò aërem inſpirabit. hic autem alium codicem ſecutus eſt, cui & nos ſubſcribimus. † καὶ διὰ τοῦτο, ideóque.

Magnæ reſpirationis differentiæ.

dem dilatabitur, † ſed nõ ita multùm inſpi
rabit aërẽ. † Ac licet continenter ſpirare co
gatur, nõ tamẽ exufflare ſolet, id enim au-
cti caloris propriũ eſt. In eãdem dyſpnœæ
ſpeciem, ſed alia ratione, labũtur ij quoq;
quos angina moleſtat, ob anguſtiam quæ
non ſit in cõcauitatibus, quæ inſpirationẽ
ſuſcipiũt, ſed in iis quæ ipſam tranſmittũt.
Quibus verò, & abſceſſus, & inflammatio,
atq; humorum plenitudo, in thoracis aut
pulmonis cauernis conſiſtit, nulla obſtru-
ctione accidẽte in gutturis atq; aſperæ ar-
teriæ concauitatibus, illis videlicet quę in
ſpiratũ aërem ſuſcipere ſolẽt, ſi tùm angu-
ſtia cõſtringat, ex neceſſitate ſequetur ma
gna thoracis dilatatio, ſed nõ ita multus
trahetur ſpiritus. Proinde laborantẽ & cele
riter, & frequenter ſpirare neceſſe eſt. Præ
omnibus autẽ vos meminiſſe velim, ma-
gnę reſpirationis geminas eſſe differẽtias.
fit enim interdũ ob dilatationis à thorace
procedẽtis magnitudinẽ: interdũ verò, ob
inſpirati aëris multã eſſentiã. Scitis nimi-
rũ quòd ſæpenumerò vos admonere ſoleo
earũ rerũ, quæ à prioribus omiſſæ ſunt. Nã
quas ipſi perſecuti ſunt, earũ propter ſcri-
ptorũ multitudinem, facilis atq; in prom-
ptu eſt memoria. Quę verò ab Hippocrate
(quamuis accuratè de dyſpnœa ſcripſerit)
non

nõ ſunt definita, ea poſteriorum nemo explicauit definiítve. Idcirco neceſſariũ eſſe putaui, creberrimè illorũ vos admonere. Igitur quicunq; ſine inflãmatione, vel omninò ſine aliquo præter naturã tumore aut anguſtia ſpiritaliũ inſtrumentorũ, per febres ardẽtes difficulter ſpirãt, iis inſpirati aëris quãtitas, magnitudini dilatationis throracis, proportione reſpondet. Quibus verò, vel tumor, vel anguſtia, ſine flãmeo calore in ſpiritalib⁹ eſt, in his thoracis quidẽ dilatatio maxima eſt. id verò quod inſpiratur, nõ ſolũ dilatationẽ proportione non aſſequitur, verùmetiam minus quàm ſecũdum naturã inſpirari ſolet, attrahitur. At ſine diſtinctione, vnam diſpoſitionem oſtẽdit magna thoracis dilatatio ſi raritatẽ ſimul acceperit. Verùm animaduertere oportet ne aliquando in hac decipiamini, putantes eam ſpirationem, quæ ob virium imbecillitatẽ omnibus agẽtibus muſculis efficitur, eandem eſſe cum magna. Quam equidẽ quo clarior eſſet interpretatio, ſublimen vocare volui: hícq; mihi facilè fuit intelligere. Hippocratem eũ ſublimen vocare ſpiritum, qui altioribus thoracis partibus inſpiratur. Quemadmodùm quum inquit: Magnus ſpiritus & ex lõgis interuallis deliriũ declarat: cõſtat eum magnũ pro multo.

Dilatatio thoracis quãdo vehementior aut periculoſior.

Spiratio ob virium imbecillitatem. Sublimis ſpiratio. Libro 1. prog. 27.

multo dixiſſe. Is verò bifariã fieri poteſt, vel ſine ſuperiorũ muſculorũ actione, vel ipſa quoque concurrente. Nam plerunque intercoſtales muſculi, vnà cum ſepto trãſuerſo, ad multam thoracis eleuationẽ quâ multus ſpiritus aliciatur, ſuperiorũ muſculorum auxilio non indigent. Quòd verò huiuſmodi eleuationis ſpecies, deliriũ portendat, in commentariis de Dyſpnœa iam oſtẽdimus, vbi etiam cuiuſlibet difficultatis anhelitus diſpoſitio, declarata eſt. Nũc verò, vt compendio quodam, hîc explicamus eos affectus, quos in aliis antea commẽtariis iã percurrimus: ita & de dyſpnœę differentiis, partim quidẽ dictum eſt, partim verò in ſequẽtibus dicemus. Nam magnarum reſpirationum, alia quidẽ crebra eſt, atque huic ſunt differentię complures, quarum aliæ alias diſpoſitiones indicant. Alia verò rara, vnicam indicans diſpoſitionem. Sic etiã de exigua dicẽdum eſt: quòd rara quidem, ſpiritalium inſtrumentorum frigiditatem: frequens verò non ſolùm ſpiritalium, ſed eorum quoque quę cum ipſis mouentur, vt hepatis, lienis, ventriculi, gulę, laborem portendit. Quùm igitur plures ſint diſpoſitiones, quas per vehemẽtes motus dolor comitatur: ex aliis notis, & conſiderandum & definiendum eſt, ſiue inflam-

Dyſpnœarum differentiæ.

Variæ diſpoſitiones dolorẽ excitantes.

matio

matio quædam, ſiue eryſipelas, ſiue vlcus, ſiue abſceſſus dolorē efficiat. Quinetiam didiciſtis quòd inæquales intemperantiæ, dolores excitare ſæpenumerò ſolent. Similiter ſpiritus crudi flatuoſiq; copia, qui arctatus aliquādo, partes ipſum ambiētes diſtendit, aliquādo verò violēter egreditur. Præterea calidi & acris, aut frigidi: & lenti humoris abundantia: ſi aliquando retētus ſuccus, ambiētia corpora diſtēdat, aut inde violenter exeat, dolores efficere poteſt. ꝙ ſi grauius affecta fuerint inſtrumēta, in q-bus huiuſmodi res continentur, dolēt, vel nō mota: ſi verò leuior fuerit affectus, quādo mouētur. Verùm in libris de Dyſpnœa, cauſam explicauimus, cur exiguæ ſpirationis, frequens quidem ſpiritus, motorū per reſpirationem inſtrumentorum, laborem ſignificat. Rarus verò, vehementem refrigerationem, & quidem ſpiritalium dunta xat, præcipuè pulmonis, & cordis. Eſt etiā alia dyſponœæ ſpecies, quum veluti breui quadam quiete, intercipitur opus thoracis idq; nōnunquàm aſpirando nonnunquàm verò reſpirando, ſiue hoc accidat ob muſculorum thoracis conuulſionem, ſiue ob caloris copiam, cogentis laborantem cōtinēter vel aſpirare, vel reſpirare. Eſt inſuper alius reſpirationis affectus, quē apnœam

Libro 2.

Frequens & rarus ſpiritus quid indicent.

Apnœa, nulla aut abolita ſpiratio. Lib. de vſu partium.

(quaſi non ſpirationem dixeris) nomināt, nulla, vt aſpiciētibus videtur, facta reſpiratione. Verùm vt rei ipſius natura declarat, eā nō fieri incredibile eſt. Nā impoſſibile videtur vt animal omni ſpiratione exactè priuatum, in vita ſeruari poſſit, quāuis ea animalia quæ in cauernis latere conſueuerunt, thoracem mouere videātur minimè. Proinde duorum alterum coniicere oportet, aut adeò exiguam fieri ſpirationem, vt ſenſum effugiat, aut huiuſmodi animalia tūc ſpiratione omninò non indigere, ſed eam tranſpirationem, quæ per vniuerſum corpus fit, ſufficere: quippe hāc cor ipſum per arterias efficit. Reſpirationē verò, per thoracē cerebrum efficere conſtat. At verò diſpoſitio, quæ apnœā facere poteſt, omnibus animalis partibus cōmunis eſſe videtur, veluti in apoplexia, ſopore, morbo comitiali, catalepſi. Nā in his omnibus, nullus proprius affectus ſpiritalia inſtrumenta præ cæteris infeſtat, nō magis quàm vocis, aut locutionis, aut progreſſionis inſtrumēta: ſed affecto principio, omnia quibus vires ſuæ per quas reguntur ab ipſo ſuppeditari conſueuerunt, ei conſentire neceſſe eſt. verùm de apnœa iam & particulatim, & per ſe diximus: quamobrem tempus eſt, vt nunc ad alia tranſeamus.

Tranſpiratio per vniuerſum corpus ab arteriis.

Reſpiratio fit per thoracem.

Apnœa omnib partibus communis.*

De

De pulmonis affectibus.

CAP. IX.

IGitur quũ exercitationis via, qua ad affectorum locorũ notitiam peruenitur, duplex ſit, altera quidẽ ab apparentibus accidẽtibus, altera verò à corporis partibus. ſi quis per vtraſque voluerit exercitari, eadẽ bis dicet, quamuis alio & alio modo, vt de pulmonis cõfeſtim affectibus dictum eſt: prætereà etiam vbi de dolorũ ratione, de ſanguinis reiectione, ac de dyſpnœa diximus, atque in præſentia quoque dicemus. Etenim vehementi dolore nunquam cruciatur, verùm & grauitatis ſenſum, & aliquãdo extenſionẽ quãdam, vel ad pectus, vel ad ſpinã peruenientẽ percipere poteſt. ibi enim membranæ ipſum ambientes ſuſpenduntur. Sæpenumerò etiam anguſtiâ moleſtantur laborãtes, atq; ob hoc crebrò celeriterq; ſpirãt, ac thoracem vehemẽter attollunt, ſed non ita multum aërem attrahũt. Hæc ſi citra febrem acciderint, aut tuberculum, aut lentorum, craſſorúmve, aut quorundam aliorum humorum plenitudinem in eo exiſtere, aut pus, aut aliũ quendam humorem, vel lentũ, vel craſſum, vel multum in ipſum effuſum fuiſſe declarãt. Verùm ea inter ſe per præterita accidẽtia diſcernere licebit. Nanque ſi quis per bo-

Exercitationis via ad affectorũ locorũ notitiam.

Pulmonis affectus.

Tuberculi pulmonis ſigna.

nam valetudinem, quum ſolitas actiones facere poteſt, ſic difficulter ſpirare incepe-rit, augeaturq́; accidens, neque inter reſpirandum ſtertere videatur, crudi tuberculi ortum ſuſpicari oportet. Si verò ſtertendo ſtrepitum fecerit, lentorum, craſſorúmque humorũ pertinaciter impactorũ multitudinem, pulmonis bronchia moleſtare indiciũ eſt. Quòd ſi illico ab anguſtiæ ſenſu quis difficulter ſpirauerit, fluxionẽ vel à cerebro, vel à vicinis ſedibus in pulmonem irruentem portendit. Sed quum fluentibus in pulmonem, vel viſcoſis, vel craſſis, vel multis humoribus, hominẽ difficulter ſpirare dico, in bronchiis eos contineri, intelligas velim. Vt enim in totum viſcus leuis arteria diuiditur, ita etiam bronchiorum eſſentia in totum pulmonem, ab aſpera arteria procedit. Vocantur autem à diſſectoribus brõchia, aſperæ arteriæ cartilagines, ſigma literæ figuram referentes. At vbi pleuritis præceſſit, mox remiſſa febris vehementia, intra latera grauitas in imo thoracis derelicta ſentitur, ac vbi quis affatim à decubitu trãſmutatur, idq́; maximè ſi ab vno latere in aliud ſe cõuertẽs defluere aliquid ſentiat, puris multitudinem ibi contineri, haud dubia cõiectura eſt. Quinetiam in his fluctuatio ſæpenumerò haud obſ

Bronchiorum pulmonis affectorum notæ.

Bronchia quid vocentur.

Multi puris in pulmonibus collecti notæ.

obſcurè auditur. Accedit ad iam propoſitas notas hoc quoque indiciũ, ſi vehementi prægreſſa pleuritide nihil penè laborãs expuerit. Si verò citra febrim, ſeroſus aut pituitoſus humor in thoracis ſpaciũ ſubitò defluens, ſpirandi difficultatem excitauerit, laborans, tenue ſputum, idq́ue ab initio quidem exiguum, ſed cum vehemẽti tuſſi: vbi verò concoctum eſt, plus atque craſſius, & cũ mitiore tuſſi expuere ſolet. Quippe bifariam accidere poteſt, vt vehemẽter tuſſiendo pauca quis expuat: alij enim ob lentum craſſiſsimue humorem, alij ob tenuẽ id facere videntur: ſiquidem tenuis humor quum ſubleuatus eſt, inter tuſſiendum à ſpiritu diuiſus refluit. Lentus verò aut omnino craſſus difficulter effertur: vtpote qui non tam facilè à corporibus quibus impactus eſt abſtergi, neque etiam à quauis occurrentis ſpiritus violẽtia impelli poteſt: niſi enim ſpiritus qui tuſſiẽdo effertur, & multus & vehemens fuerit, nihil ſecum educet. Igitur ſputum quod neque liquidum aut aquoſum admodum fuerit, neque craſſum etiam aut lentum, id facilè efferri ſolet, maximè vbi validæ fuerint vires. Etenim ſine vehementi thoracis cõtractione vehementer tuſſire nemo poteſt. At ſine valida tuſſi, craſſos lentoſq́ue humo-

Sputi in pleuritide aut pulmonum dolore conſideratio.

Valida tuſsis.

res efferri impoſſibile eſt. Igitur quãdo cũ ſpirandi difficultate, cui & anguſtia & grauitas cõiuncta eſt, acuta quoque febris inciderit, is affect⁹ inflãmatio pulmonis eſt. At ſi intolerabile fuerit incendiũ, anguſtię verò, grauitatiſque ſenſus minor, eryſipelas ipſum vexare cẽſendũ eſt. Extremis autẽ ita definitis, q d ſit eryſipelas phlegmonodes, aut inflãmatio eryſipelatodes, haud difficulter deprehendetur. Sunt alij pulmonis affectus, vbi citra humorũ affluentiam intẽperies ipſum infeſtat, ſiue æqualis ea fuerit, ſiue inæqualis. Igitur inæqualis tuſſim excitat, æqualis verò, ſi moderata eſt, rhythmũ immutat: at ſi vehemẽs, idq; vincẽte calore, frigidi aëris, atq; potionis cupiditatẽ inducit, ac tractu tẽporis finitur in febrim: per frigidam autem intẽperiem contraria euenire ſolẽt, quippe ſi modum ſeruauerit, calidi aëris, ac calidæ potionis deſyderiũ excitat: ſi verò modum excedit, replet viſcus ipſum fluxionibus. Cæterùm de ea tuſſis ſpecie, quâ ſanguis ex ipſo reiicitur, vel exeſo, vel rupto vaſe aliquo, vel ore alicuius venæ patefacto, anteà vbi de ſanguinis ſputo mentionẽ fecimus, iã dictum eſt, atque nunc quoq; pauca quędam dicemus. Porrò ruptiones in ipſo deprehẽdes, tum ex multi ſanguinis fluxione, tũ ex magna

Pulmonis inflãmatio.

Eryſipelas pulmonis.

Intemperies æqualis, & inæqualis pulmonis.

Sanguinis emiſſio per tuſſim

magna notabiliq; aliqua cauſa quæ præceſſit, ſi ſubitò aduenerit. Voco autē præcedētes cauſas, vt quū aliquis ex alto, vel in ludo, vel certamine ceciderit, aut quum alter ſuper alterū cadit, aut vbi ex inanimatis corporibus aliquod graue, vt vel lapis, vel lignū, thoracē læſit. Nonnullis ira cum exclamatione præceſſit. Quinetiam cithar œdis tragœdisq; certantibus, aut acuta vehementiq; voce clamātibus, vaſa interdū dirumpuntur: maximè vbi non præmiſſa pulmonis per præcedentes exclamationes lenitione, violenter clamare conantur. Vt enim luctatoribus, ſi certamen aggrediantur, muſculis priùs neque calefactis, neq; per frictiones aut moderatas motiones explanatis, partes quædam rumpuntur, atq; cōuelluntur, ita etiā pulmoni accidere ſolet. Hunc quia frictionibus ad vehemētes motiones præparare nō licet per exclamationes, quę frictionibus proportione reſpōdēt, id efficere ſtudemus. Inſuper nulla manifeſta extrinſecus adueniente cauſa, vt in cæteris corporis particulis, ita in pulmone quoq; vas aliquod ob ſanguinis abūdantiam dirumpi poteſt: quū videlicet extenſioni reſiſtit, aut ob frigus à vicinis partibus contractū, aut ob innatā intēperiem. Ita Hippocrates venas (inquit) frāgit aqua

Præcedentes cauſæ vaſis ruptionē in thorace aut pulmone efficientes.

Cauſæ ruptionis vaſis in pulmone.

Lib. Epi. 6. par. 3. Aph. 10.

frigida. Atqui ipſa per ſe rupturas non facit, ſed quia venarũ tunicas frigiditate ſua duras, & extendi contumaces reddens, vt rumpantur paratiores efficit. Ruptionis verò cauſa eſt, aut vehemens motus, aut humorum abũdantia, qui vel per ſe, vel vnà cum crudo & frigido & flatuoſo ſpiritu venas extendunt. Verùm fractionis ab huiuſmodi haud obſcurum indicium præbet, ſubita cumulati ac vniuerſum fluentis ſanguinis vacuatio.

Venarum ora quando aperiuntur.

Quum verò venarũ ora aperiuntur, non frigidæ, ſed è contrario, calidæ diſpoſitiones præcedunt, veluti vbi multis eiſdemq; calidis balneis homo vtitur, atque terram inhabitat calidam, fueritq́ue anni tempus eiuſmodi, ſimiliter alimenta quoque, & potiones.

Eroſio vaſis in pulmone.

At quæ eroſo vaſe aliquo affatim accidũt ſanguinis euacuationes, eas prȩcedere ſolent exigua ſputa, atque acres in pulmonem à capite fluxiones. Nonnunquam verò & pulmonis aliqua pars, aut ramentum ſimul efferri videtur, vt neminem latere poſſit, ad pulmonem hunc affectum pertinere.

Vlcus in aſpera arteria.

Orto verò in aſpera arteria vlcere, præter hoc quòd ſputum purulentum apparet, dolorẽ quoque in loco affecto laborans ſentire conſueuit: ipſum verò per ea quæ ſcreantur, quia exigua ſunt, ab vlcere quod in pul-

mo

mone natũ eſt, diſcerni poteſt, quippe ab vlceribus pulmonis plurimũ ſputi reiicitur. Atque vt ex pulmone educta particula viſceris ipſius vlcerationem ſignificat, ita ex gutture videmus interdum corpuſculum aliquod à ligula (Græci epiglottida vocant) per vlcerationem excreari. Id verò non ſolùm hoc indicio deprehenditur, verùm etiam ex eo, quòd in vlcerato loco doloris ſenſu laborans infeſtatur, veluti de aſpera arteria dictum iam eſt. Etenim pulmonis vlcera dolor non comitatur: ea verò quæ in iis ſedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, ſed non vehementem, vt ſi alicui ſuapte natura hebes fuerit ſenſus, ipſum planè non percipiat. Igitur perſæpe vidimus eos quos iam ſuprà propoſuimus affectus, & qui pulmoni & ſpacio thoracis, & aſperę arteriæ, & gutturi accedere poſſunt: quippe omnium horum ſermonis communitate inducti mentionem fecimus. Qui verò deinceps dicentur, nõ ita crebrò nobis apparuerũt. Quidam humorem repente expuit, liquidæ bili in colore perquàm ſimilem: medium videlicet inter flauum ac pallidum, ac nulla acredine infectum: atque ita quotidie magnam eius quantitatem expuit, deinde leui ſuborta febricula tabeſcere incepit

Vlcus in pulmone.

Ligulæ vlcus.

Signa pulmonis à putrefaciente humore affecti.

adeò vt purulenta screaret. Posteà tractu temporis, quatuor videlicet mensium, exiguum cum pure cruorem reiecit, atque sic aucta febre magis consumebatur: ac iterũ atque iterum plus expuebat, adeò vt magnam sputi quantitatẽ redderet: quocirca magis increscẽte febre, ac resolutis virib⁹, eorum qui tabe marcescunt exẽplo mortem obiit. Deinde alium vidi, eodem ferè modo sex mensibus: ac alium quoque diutiùs laborantem. Igitur qui primus nobis occurrit, initio quidẽ nihil mali habere, sed tandẽ pessimè affici visus est. Alterum verò quũ conspiceremus, ei statim ab initio cognito malo, præsenti medicamento succurrere tẽtauimus: ac multo magis etiã tertio. At quãuis multo negotio vtrunq; liberare conaremur, nihilominùs neq; horum vllus, neque alius post eos seruari potuit. quũ enim morti iam proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdã partes expuebãt. Proinde facilè cognoui, haud absimili eos affectu laborare, qualem in externis partibus videre solemus, quũ à putrefaciente quopiam humore inficiuntur. verùm has & abscindere & vrere possumus: pulmoni verò horũ auxiliorum neutrũ adhibere licet. Quapropter omnes perire necesse est. At verò postremum quum vide

Pulmonis frusta per sputũ eiecta.

viderē, ad visceris fortē exiccationē solicito me animo conuerti,& quidem odoribus atq; potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentũ quod hedychroum vocãt,interdiu narib⁹ ipsius iugiter adhibere iussi;ad somnum verò sese conuertenti præscripsi,vt narium foramina ex aliquo preciosorũ vnguētorũ illinerentur,qualia videlicet Romæ præparari solent, vocant verò ea & foliata & spicata. Atque dedi in potu medicamenta, mithridaticam vocatam compositionem,ambrosiam, athanasiam,theriacam. Itaque perpetuo anno sic educatus,tandē similiter vt reliqui tabidi, vitam finiuit:quam fortasse ob iam dictã educationem longiori tempore protraxerat. Præterea alium huiusmodi affectũ in pulmone notaui. Quidam diuturna tussi vexatus,& exiguũ lentumq; pus expuens, frustum quoddam paruo grandinis grano haud absimile excreauit,ac deferens illud mihi ostendit, atque rursus non ita multo pòst aliud quoque attulit: vnde conieci, lentum illum humorē, quē anteà expuere solebat,siccatũ induratumq;, ad huiusmodi substantiã peruenisse: quamobrem medicamētũ ei in potu dedi,quod asthmaticis auxiliatur,atq; ita factum est, vt minorem expueret grandinē,atque longiori

Medicatio pulmonis à putrefaciēte humore affecti.

Hedychroum medicamentũ.

Foliata et Spicata vnguēta.

Grãdo ex pulmone.

Mirũ eſt quòd quidam ſub mortẽ ſuppurationẽ ad inſtar oui mẽbrana clauſã per aſperã arteriã reiecit.

Antipatri medici morbus, quo extinctus eſt.

quàm anteà interuallo, neq; plurib⁹ deinceps annis adeò mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cæterùm grãdines ipſæ magna ex parte erui magnitudinẽ æquabãt, quãuis interdũ maiores, interdũ minores eſſe viderentur. Atq; alios quoq; ſimiliter quidem ſpuere, ſed nihilominùs in multos annos vitã extendere vidimus. Quorum alij aliam ob cauſam, alij verò ob ſpiritalium inſtrumẽtorum affectum mortui ſunt, quamuis nihil cruoris excrearent. Ea verò quæ Antipatro medico acciderũt, nemo eſt qui neſciat, vtpote qui medicam artem publicè apud Romanos profeſſus eſt. Agebat hic ętatem ſexaginta quidẽ annis minorem, ſed quinquaginta iam annos exceſſerat. Is corrept⁹ aliquando febre quadam ephemera, idq; ab euidẽti cauſa, declinãte iam febre, vt quid ſibi facto opus eſſet intelligeret, pulſum ipſe ſuũ tangere aggreſſus eſt. Quum igitur omne inęqualitatis genus in arteriarũ motione inueniret, in primis quidẽ territus eſt: deinde verò quum ſeſe non febrire planè ſentiret, illicò balneũ ſubiit. quippe laboribus ac vigiliis corpus fatigauerat. Atq; tenui quoq; victu, donec diẽ tertium præteriſſet, vſus eſt. quo quũ nulla appareret febris, ad ſolita negotia pertractan-

da

da prodit:atque arteriam in extrema brachij ſui parte tangẽs, admiratus eſt perſeuerantẽ in pulſibus inæqualitatẽ. Occurrens itaq; mihi, extendit manũ ridens, iuſſitq; pulſum tãgere. At ego ſubridẽs, quid inquã portẽdit hoc quod proponis ænigma? Ille iterum ridens obnixè orauit, vt tangerem. Igitur inter tangendum omnigenam in pulſu inueni inæqualitatem, nõ ſolùm in multarum pulſationũ cumulo, quam ſyſtematicen) id eſt, congregatricem) vocant, verùm etiam in vna arteriæ diſtinctione. proinde miratus quomodò [adhuc] viueret, quum talem haberet pulſum, interrogaui, num difficilis eſſet ei reſpiratio. illo verò nullam ſe ſentire reſpondente, obſeruaui equidem an aliquando mutaretur, quippe ſex menſiũ ſpacio aſſiduè arteriam tangebam. Quumq; ab initio interrogaret, quænam corporis diſpoſitio mihi videretur poſſe huiuſmodi pulſum efficere, atque per quem modum, idq; citra febrim, ad eam quæſtionẽ reſpondi, in cõmentariis de Pulſibus iam declaraſſe me huiuſmodi inæqualitatem. Nanq; ob magnarum in pulmone arteriarum anguſtiam id euenire putaui: anguſtiæ verò cauſam eſſe dixi, viſceris inflammationẽ. At tibi hanc ob cauſam id nunc accidiſſe

Syſtematice, multarũ pulſationum cumulus.

impoſ

Cauſa morbi Antipatri.

impoſsibile eſt, quippe febre fuiſſes affectus: Relinquitur igit᷑ vel obſtructionẽ ex liquidis, & craſsis, & viſcoſis humoribus, vel crudi cuiuſpiã tuberculi ortũ, in huiuſmodi te diſpoſitionẽ induxiſſe. Tum ille reſpõdẽs, oportuiſſet (inquit) me ſuſpirioſa orthopnœa laborare. At ego probabilia (inquã) ipſum dicere, ſed à veritate aberrare: quippe fieri nõnunquàm huiuſmodi orthopnœam ob eam quam diximus cauſam: id verò quum in aſperis nõ in leuib⁹ arteriis craſſus & lentus humor cumulat᷑. Proinde omnẽ ei victus rationẽ, atq; medicamẽta quoq; haud aliter quàm aſthmaticis adhibere iuſsimus, deinde ſex (vt dixi) mẽſibus elapſis, leui quadã ſpirãdi difficultate affectus eſt: accedẽte ſimul cordis palpitatione, in primis quidẽ ſemel, deinde bis, atque ter, poſteà quater, ac ſæpiùs quoq;, aucta ſimul ſpirandi difficultate ad quindecimum vſq; diem poſt quem difficillima derepente oborta ſpiratione, reſolutus ſtatim obiit, aliorum quorundam exemplo, qui cordis affectibus laborant, de quibus poſthac ſermonem faciemus.

Cordis palpitatio pulmonis affectũ ſequitur.

FINIS LIBRI QVARTI.

CL. GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA

LIBER V.

*

Reliquos thoracis morbos & diaphragmatis, deinde etiam gulæ, & ventriculi, postremo iecoris eadem methodo describit.

N præcedenti libro, quũ de pulmonis affectibus, ageremus, sermonis communitate, & thoracis, & cordis quodãmodò meminimus: pleniorẽ verò, absolutioremq; de ipsis sermonem in quintum hunc librũ distulimus. Quoniã verò quartus liber in accidentibus quæ Antipatro medico euenerunt, finem sortitus est, læso in primis ipsius pulmone, deinde ad cor etiã trãseũte affectu, operæprecium me facturum arbitror, si omnes eius affectus percurram.

De cordis affectibus. CAP. I.

IGitur quemadmodùm de cæteris corporis partibus, ita de corde quoq; definiendum est: quænã ipsi propriè, vel primario affecto, vel vtcunq; nominare volueris, superueniant accidentia: quænam verò ipso

cæteris partibus consentiēte. Id autem ex iis intelligi potest,quæ priùs in aliis libris demonstrauimus,vbi iam declaratum est, innati caloris cor velut fontem esse , neq; animal mori omnino posse, ni cor afficiatur. Quum itaq; tres sint principes partes, quibus gubernatur animal (quippe pręter cordis principatū ostensum est sensum & motū, vniuersis corporis partibus à cerebro suppeditari::iecur verò nutricis facultatis esse principium)semper mors ad immodicas sequitur cordis intēperantias: simul enim cum ipso omnes vitiantur partes.quum enim (vt ostendimus)ipse peculiari cordis tēperie actiones suas perficiāt: hac pereūte,actiones quoq; ipsarum perire necesse est: ac proinde cerebri quoque & iecoris.Horum verò temperie deperdita non oportet cordis simul actionē perire.Si enim neq; sentiendi, neque mouendi ab electione facultatē animal habuerit,neq; nutriat', veluti in latētibus euenit animalibus, nihilominùs viuere ip̄m posse,quoad cor manserit illæsum,haudquaquam negandū est. Quin videmus sæpenumerò multis deinceps dieb' alios neq; intelligerè,neq; sentire,neq; etiā moueri, at nihilominùs viuere:quēadmodùm vbi quis ob virium hepatis imbecillitatē sine

Cor fons caloris.

Principes partes corporis.

alimen

alimento permanens, diutiùs etiã sufficere potest. At verò si cor respiratione priuetur, hominẽ illico perire necesse est. Igitur qui ad spirandi functionem nihil cõferre thoracem putant, ij causam reddere nequeunt, cur pervehementem apoplexiam, superno duntaxat principio vitiato, laborantes subitò moriantur. At vobis eam inuenire haud difficile est, vtpote quibꝰ efficaciter persuasum est, musculos q̧ motionis principium à neruis in ipsos à spinali medulla, quæ in ceruice est, delatis suscipiũt, thoracẽ attollere, priuatis tũc musculis mouẽdi facultate, q̃ ex cerebro ipsis influere solebat. Etenim nisi ad spirãdi functionẽ ambo principia simul iũcta cõcurrere oporteret, potuisset aliq̃s viuere, priuatus interdũ superno principio. Igitur ex quibus causis inuenimus, cur affecto cerebro in vehementi apoplexia, cor quoq; lędatur, ex iisdem ipsis, sed secundum alium modũ, causam quis inueniet, quamobrem in apoplexia minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, lethargo animal ita affectũ non pereat. Nam si diligẽter consideraueris, inuenies per huiusmodi affectus, quomodò spirẽt laborãtes: q̄ppe videbis & violentã & difficilẽ spirationem, perinde ac si vinculo quodã constrictus thorax

Apoplexia vehemens.

attolli

attolli prohiberetur. Atq; huius rei suffi-cientẽ fecimus mentionẽ in libris de Mu-sculorũ motione. Nãq; similis est hęc quę-stio, ei qua de somno q dã hæsitant: quip-pe quum per somnum omnes musculorũ

Thoracis musculorum actio per somnũ seruatur.

actiones exoluant, sola actio quæ ad thoracis musculos pertinet, seruat. Nunc verò ea dũtaxat dixisse satis fuerit, quæ in præsentia proposito nostro cõducere videbãtur. Porrò qua ratione homines p somnũ spirãt, reliquis musculis omnibus quiescẽtibus, eadem quoq; ratione per minorem apoplexiã, atque alios ei vicinos affectus spirare possunt. Vbi verò vel apoplexia, vel alius quispiã affectus adeò vehemẽter increuerit, vt musculorũ thoracis actio omnino deperdatur, perire simul respirationẽ necesse est. Vnde cordis quoque temperamentum soluitur: quo fit tandem, vt etiam animalis ipsius necessariò sequatur interitus. Atque hac ratione per vehementes superni principij læsiões animalia perire videmus. Iam ex iocineris quoq; affectu mori accidit, sed alia rõne, inedia scilicet: vñ lõgiore tẽporis spatio in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt. Atq; mori

Syncopæ stomachi vitio.

contingit nõnullos per alium quoque modũ, vt in syncopa, stomachi vitio eueniẽte, & vehemẽti dolore, & timore graui, &

volu

voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmũ est, animi verò affectiones ob imperitiã fortes, iis animę essentia facilè dissolui potest. Atq; horũ aliqui ob mœstitiam interierũt, sed nõ illicò, vt de superioribꝰ diximus. At vir magnanimus neque ob mœstitiam, neque ob aliã aliquam animi ægritudinem mœstitiâ fortiorẽ vnquã succubuit: vtpote cuius animę robur validũ est, affectus verò nõ adeo vehementes. Cæterùm proprio quoq; affectu cor laborare solet, vel ob simplicẽ intẽperiẽ, siue inæqualis, siue æqualis ea fuerit: vel inflammationẽ, vel erysipelas, idque dum fieri incipit. Illicò enim antea quàm augebãtur huiusmodi affectus, animal corrumpitur. Atque hos affectus rursus cardiaca syncopa sequit᷑: quẽadmodũ quæ stomachi vitio fiunt syncopæ, ad eos affectus, quibus os ventriculi (stomachũ nonnulli appellãt) infestatur, sequi solent. verùm hæ consentiente corde eueniunt. Porrò vtriusq; partis, tum oris vẽtriculi, tũ cordis dispositiones, aut à forti duntaxat intẽperie, aut venenoso humore, nonnunquàm ab erysipelate, aut inflãmatione, aut alio quopiam præter naturã tumore fieri solent. Igitur exiguæ quidẽ cordis intemperantię, pulsus arteriarum, pro sua

Animæ essentiæ dissolutio.

Proprij cordis affectus.

Syncopis cardiaca.

quæque natura variāt: de quibus in libro de Pulſibus, iam dictum eſt. Maiores verò per proprias quidem ſimilariū partiū intemperies ſubitam mortem non inducunt: per eas verò quæ ad inſtrumentales partes pertinent, ſubitò enecare poſſunt: ſed præcedentibus prius ſignis quibuſdā, quorum vnum ab Hippocrate dictum eſt:

Hippo.li. 2.aph.41

Qui ſæpe & multùm exoluuntur ſine cauſa manifeſta, ij repente moriuntur. Eſt & alius affectus, palpitatio videlicet cordis,

Palpitatio cordis.

aut per ſe eueniēs, aut cum ſignificatione quadam, ꝙ in humore cor ipſum moueatur.

Humor in ambiēte cor tunica cōtētus

Neq; enim mirū videri debet, tantam humoris multitudinē cumulari aliquādo in ambiēte cor tunica, vt ipſum, ne attollatur, impedire poſſit. Quippe in animalibꝰ diſſectis vidimus plerunque plurimū humoris vrinæ ſpeciē referentis, in eo, qui ipſum inuoluit, panniculo contineri. Etenim ſimia quædā quum emaciari indies videretur, eam tamen neceſſariis noſtris negotiis impediti ſecare in tempore non potuimus, poſt mortem verò, reliquis corporis partibus omnibus illæſis, inuentus eſt in ambiente cor tunica, tumor præter naturam, humorem in ſe continens, qualem puſtulæ (Græci hydatidas vocāt) emittere ſolent. Atque in gallo quoque

vidi

vidimus aliquando cordis tunicã huiusmodi scirrhoso tumore affectam, perinde ac si plures crassæ mẽbranæ inuolutæ altera alteri fuissent: verùm in eo nihil humoris cõtinebatur. vnde verisimilis cõiectura elicitur, homines etiã similib⁹ posse affectibus infestari. Inflammato autem manifestè corde gladiatores vidim⁹, haud aliter quàm qui cardiaca syncopa, pereũt, obiisse. Igitur si ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum sanguinis fluore hominẽ mori necesse est: idque præcipuè, si sinistræ partis venter fuerit vulneratus. Si verò nõ ad ventrẽ vsque pertingat, sed in cordis substantia consistat vulnus, ex ita affectis aliqui non solũ ea die qua vulnerati fuerũt, sed sequenti quoque nocte viuere potuerunt: qui obortâ deinde inflãmatione extincti sunt. Atque etiam ij quandiu vixerunt, mentis cõpotes inuẽti sunt. vnde euidens sibi testimoniũ sumere potest ea secta, quæ negat rationalem animæ vim in corde consistere. Palpitatio autẽ visceris huius pluribus integra valetudine degentibus, tũ ad adolescẽtibus, tũ adultis subitò sine alio manifesto accidente euenire visa est. Atq; oẽs eos sanguinis detractio iuuit. Atq; hoc accidẽte planè liberati sũt,

Cordis inflãmatio.

Vulnus cordis.

Sanguinis detractio in palpitatione cordis vtilis.

qui post sanguinis missionē vsi sunt victu & medicamentis, quibus esset extenuādi facultas. Horum verò nonnulli, quos rursus huiusmodi accidens infestabat, simili curatione sospites euaserūt. Cæterùm noui quendā quotannis verno tēpore huiusmodi palpitationis accidente vexatū, qui quū per tres annos à sanguinis detractione se adiutū intelligeret, anno quarto, anteàquàm accidēs ipsum inuaderet, sanguinem misit, idq; plurib' deinceps annis faciendo, idonea etiā post sanguinis detractionem medicamēta adhibuit. At nihilo minus hic quoq; ante senectutem morte prȩuētus est, sicut & reliqui omnes, quorū alij quidē per acutas febres, alij verò cùm sani degerent, affatim syncopa intercepti interierunt. Quamuis vnus vel duo citra syncopā alia quadā† mortis specie perierint. At verò sic affectorū magna pars ætatē agebat quinquaginta quidē annis inferiorē, sed quæ quadraginta annos excederet. Porrò panniculus cor ambiēs quomodocunq; affectus sit, nisi inflāmatione infestetur, inter ignobiles partes reputatur. Quocirca ipsius dispositio per cōsensum ad cor trāscurrit. Cùm enim ipse solus afficitur, exemplo reliquarum omnium partium, quæ ad custodiam & tegumentum

† Apoplexiæ modo inquit Aegineta in libr. 3. hunc locū trāsferēs.

Cordis pāniculi affectus.

 cæte

cæterarũ nobiliorum factæ ſunt, nullum affert periculum. Cæterùm nulla à corde ſpirandi difficultas oritur, prçter eas quas in priori libro diximus, cùm de dyſpnœa ſermonẽ haberemus. Etenim ſupercalfactum ſpirationem efficit magnam & denſam, atque celerem, ac calidum inſuper ſpiritum reflat. Contrà refrigeratum, exiguam reddit ſpirationem & raram.

Quæ difficultas ſpirandi oriatur ab affecto corde.

De thoracis affectibus.

CAP. II.

Atque huic quoque parti, vel primariò affectæ, vel alius conſentienti, quemadmodũ reliquis omnibus, affectus quidam ſuperueniunt, quos reſpirationẽ lædere neceſſe eſt. quippe propriũ reſpirationis organũ eam eſſe, iam demonſtratũ eſt. Igitur vbi dolorificis affectibus moleſtatur, exiguã denſamq́ue reddit ſpirationẽ, veluti in cõmentationibus de difficultate ſpirationis oſtẽdimus. Id verò & vicinis quoq; partib⁹, & iis quæ ſimul mouentur affectis, euenire ſolet. Nam diximus anteà de ſpinæ affectibus, reſpirationem interdũ lædi, thorace proprio affectũ nequaquã laborãte, ſed vel neruo quopiam à ſpina procedente, vel ſpina ipſa affecta. Eorũ verò, qui propriè ad thoracem pertinent, affectuum, quidã in ipſius muſculis

Et 1. pgn.

quidam verò in membrana coſtas cingente cõſiſtunt. Nam de his affectibus qui vel in cute, vel in coſtarũ oſſibus conſiſtunt, hîc agere non propoſuimus: in quibus locus affectus ſenſibus ſubiiciatur. Igit' quũ ex muſculis alij ſpatia intercoſtalia vocata repleant, alij verò extrinſecus extẽdantur, dolorificę externorũ muſculorũ diſpoſitiones, vt vlcera, contuſiones, abſceſſus, eryſipelas, inflammatio, haud difficulter à medicis manum adhibentibus diſcernuntur.

Inflãmationes intercoſtalium.

At intercoſtalium muſculorum inflammationes, eorum maximè, qui in †ima parte cõſiſtunt (duo enim, vt ſcitis, ſunt huiuſmodi muſculorũ genera) tactu cõſequi non poſſumus: atque ij grauiori, quàm externi, dolore cruciantur: ac fluxionem, quæ inflammationẽ induxit, ad interna, per eã quæ coſtas cingit, membranam tranſmittunt; quam tunc pariter cum ipſis inflãmari neceſſe eſt. Veluti rurſus vbi ipſa aliquãdo primario affectu infeſtatur, intercoſtalium muſculorum partes internæ, ſimiliter ei cõſentiũt.

†ἐν βάθει intimos intelligit.

Pleuritis exquiſita.

Verùm exquiſita pleuritis fit, vbi cingens coſtas mẽbrana primario affectu laborat: proinde dolor, vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenire poteſt: ad iugulum quidẽ, ſuperioribus eius partibus affectis ad

præcor

præcordia verò, vbi inferiores afficiũtur. Atq; vehemens quoque febris huiuſmodi inflammationẽ perpetuò ſequitur, qa ſedes affecta, & parum diſtat à corde, & cum panniculo ipſum inuoluẽte, ac ſepto tranſuerſo cognationem habet. Cæterùm afficiatúrne magis cingẽs membrana, an muſculi ipſam contingẽtes, à pulſibus indicium petere oportet. Nanque muſculi minùs, cingens verò membrana magis & tendit, & indurat arteriã. Vt in peripneumonia nulla penitus apparet huiuſmodi durities. At effuſa in ſpatium thoracis ſanies in aſperas pulmonis arterias trãſſumitur, deinde tuſſiendo excreatur, qualis ſit, qui inflammationẽ fecit, humor, declarãs, an videlicet bilioſus, aut melancholicus, aut pituitoſus, aut cruẽtus. Etenim ſi bilis abũdat, pallidũ, aut flauũ: Si atra bilis, nigrũ: Si pituita, ſpumoſum & candicans: Si ſanguis, rubrũ ſputũ reiicit. Quòd verò tuſſiendo ex thoracis ſpatio aliquid interdũ expuatur, facilè intelliget is, qui eas diſpoſitiones cõſiderauerit, quibꝰ ab exterioribꝰ ab intima pectoris vlcus penetrare cõtingit, ſiue id ob vulnus nõ conglutinatũ eueniat, ſiue ob magnum abceſſum vtrinque ereptum, vel perinde diſectũ ac ſi externas dũtaxat partes affice-

Cur febris vehemens pleuritidẽ ſequatur.

Peripneumonia.

Thoracis excremẽta ſpuẽdo reiecta humorem colore qualis ſit indicant.

ret, facta deinde ſectione, inueniatur cingens coſtas mẽbrana eroſa, aut coſta ob ſphacelũ(id eſt, cariẽ)exciſa, aut eò ꝙ medici cingentem membranã, vtpote eroſam, putreſcentẽq;, ſeruare illæſam nõ potuerunt. *Sphacelos in coſta.* In omnibus iam propoſitis diſpoſitionibus, ſi aqua mulſa in thoracis ſpatium infundatur, mox tuſſiendo expuitur, laborãs ipſe aquã mulſam eſſe, ex ſapore deprehendit. Quo pacto autem hoc fieri poſſit, atque per quos meatus ipſa in aſperam arteriã ingrediatur, perpendere debet iis, qui errorem illum in quẽ multi in cauſæ inueſtigatione inciderũt, effugere voluerit: ij nanque ex thoracis ſpatio in pulmonẽ quippiã recipi, impoſſibile eſſe iam ſibi ꝑſuaſerunt, fortaſſe ita ſe ſentire ſimulãtes, ne videantur de re quapiã dubitare. Cęterùm credere oportet huiuſmodi fieri tranſſumptionẽ: quippe per vulnera haud obſcurè apparet. *Tranſſumptio ex thorace in aſperam arteriam.* Deinde quo pacto ea fieri poſſit, inueſtigare: vt quum inuenerimus, animo ſimus quietiori. Sed interquærendũ, quãdiu nihil nos inueniſſe putauerimus, ruditatẽ potius noſtrã accuſare, quàm veritatẽ ipſam negare debemus. Atque videmus etiã conglutinatis cruentis vulnerib⁹, in ſputo, notas quaſdã fluentis ex vulnere cruoris, ad ſpatiũ qđ inter

pulmo

pulmonē eſt & thoracem. Prætereà ſuppurati, in hoc ipſo ſpatio pus continere, & ipſum expuere haud obſcurè vident. Atq; rationi conſentaneū eſt, vt eodē modo tū cruor, tū pus ex thorace expuatur: Quorum viā inquirēs Eraſiſtratus incredibilia quædā ſcripſit in eo libro, cui titulus de Sanguinis eductione eſt, ſub hac verborū ſerie: Via autē per quā incedunt, ea quæ ab iis ſedibus reiiciūtur, huiuſmodi eſt: Ab ea arteria quæ ſpinæ adiacet, vaſa quædā ad vtrunque latus, tam dextrum, quàm ſiniſtrum, ſimiliter procedūt, deinde in loca vicina, multiplici diuiſione diſperſa, tandē adeò euadūt exigua, vt ſenſum lateāt. Quum itaq; ſanguis in huiuſmodi arterias inciderit, nōnunquam per concauā arteriam, ad loca quæ circa pulmonē ſunt, atq; ad eos nexus ꝑ quos pulmo apud ſpinā arteriæ cōiungitur, aſcendit. quippe ea quæ huc inciderint, hac via pulmonē aſcēdere ſolet. Verùm quomodo ex pulmone deinde reiiciantur anteà dictū eſt. In his verbis manifeſtè declarauit Eraſiſtratus, eas arterias quę à magna arteria ad ſingula intercoſtalia loca procedunt, per ora quæ ad inflammatā partē perueniunt, ſanguinē ſuſcipere, ipſumq́ue ad magnam arteriā, quæ à corde orta per

Eraſiſtratus.

ſpinam extenditur,referre, atque ab ipſa rurſus, ad ea loca quæ circa pulmonem ſunt tranſitum fieri. Sed neque modum, quo huiuſmodi tranſitus fiat,neque viam explicauit. Verùm deinceps ſcripſit, Atq; per eos nexus,per quos pulmo arteriæ circa ſpinam adhæret: fit enim (inquit) hac quoque via, eorũ quæ inciderunt in pulmonem,aſcenſus. At quomodo,& per quę conceptacula id fieri poſſit, non oſtendit. Proinde manet adhuc eadẽ quæſtio,nihil planè ad ipſam diſſoluendã afferente Eraſiſtrato. quamuis vt in cæteris libris omnibus, ita in hoc ipſo, de ſanguinis eductione, perſpicuã pollicitus fuerit interpretationẽ. Quocirca multò magis vitioſum quiſpiã huiuſmodi ſermonẽ reputauerit, vtpotè qui ipſi quoq; Eraſiſtrato fuerit ſuſpectus. apparet itaq; ex induſtria eũ voluiſſe obſcuris vti ſermonibus, vt aliq̄d dixiſſe videretur,quum nihil diceret. Atq; hoc in loco,quæſtionis enarrationẽ dereliquit. Nã quomodo ſanguis ex lateribus quidẽ ad magnam arteriã perueniat, manifeſtè declarat. At quomodo rurſus ab hac,ad eas ſedes,quę circa pulmonẽ ſunt, vt ipſe dicebat, aſcẽdat, haudquaquã expoſuit. Cõſtat etiam ex eo quòd dixit,Loca quæ circa pulmonem ſunt, quũ dicere

pulmo

pulmonem potuiſſet, eum haud inuitum ſermonis obſcuritatem affectaſſe, id quod » poſteà declarauit, dicens: Ex pulmone au- » tem quomodo ad eductionẽ aſcẽdat, iam » anteà dictum eſt. Perinde enim, ac ſi in pulmonem, ex magna arteria ſanguis iam delatus ſit, quomodo inde reiiciatur, velle nos admonere, videtur. Quòd verò de expuitiõe quæ ex pulmone fit, iã anteà dictũ ſit, nõ ignoramus, ac perſpicuam fuiſſe narrationem teſtificamur. Verùm optaremus vt de ea, quæ ex magna arteria in pulmonem fit, tranſſumptione dixiſſet. Quemadmodùm cùm inquit, per eos quoq; nexus, per quos pulmo arteriæ apud ſpinam coniũgitur, fieri circa pulmonem ſanguinis reiectionẽ. Ne hic quidẽ, quos nexus dicat, declarauit. Etenim ſi vel ex membranis, vel fibris conſiſtat, ad ſanguinis in magna arteria contenti, in pulmones delationem nihil conferunt. quippe neceſſe eſt ex arteria oriri vaſa quædam, per quæ ſanguis in pulmonem transferatur, quemadmodùm Eraſiſtrati ſecta hoc ipſum per arteriã pulmoni ſubſtratũ fieri autumat. Huius enim arteriæ, extremæ partes, & quidem exiguæ, ad aſperam arteriam trãſire vidẽtur. Atqui ipſa quoq; ex magna arteria, anteà quàm ad ſpinam perueniat, initium ſumit.

Vaſa ex magna arteria, per quæ ſanguis in pulmonẽ trãſfertur.

Ita

Itaq; duplici quadam ratione, Eraſiſtrato ab hac arteria auxiliũ ſuppeditare conantur, ſectæ ipſius profeſſores. In præſentia q̃dẽ ad ſanguinis ex thorace eductionẽ, alibi verò ad inflammationis in pulmone generationem. Nã & hãc obiiciũt eis, qui aliter ſentiunt, vtpote quã ita, vt Eraſiſtratus docuit, fieri ſit impoſſibile. Nanq; vbi docet quomodo fiat inflammatio, putat incidentem in arterias ſanguinẽ, ſpiritui, qui à corde defertur, obuium fieri, atq; ſic ad extremas arteriarum partes repelli. Niſi vbi vulneratæ aliquãdo quædã arteriæ, vacuato ex ipſis per vulnus ſpiritu, ex ea quæ ad vacuatũ ſpiritũ fit ſequela, ſanguinem ſuſcipiunt. Hac itaque ratione nõ poſſe fieri inflammationem in pulmonis arteriis dicunt: quippe ſi aliquando ſanguis in eas inciderit, nulli ipſum ſpiritui obuiare, ꝙ in ſolas pulmonis arterias, nullũ à corde ferri ſpiritum, Eraſiſtratus contendat, quãuis reliquas arterias omnes à corde ſpiritũ ſuſcipere fateatur. Verùm è contrario, ipſas cordi ſpiritum ſuppeditare, quem per inſpirationẽ ab aſperis leues arteriæ ſuſcipiãt. Hãc igitur arteriam, quæ à maiori arteria ſpinę incumbenti, in pulmonem fertur, inflammationem in extremis partibus ſuſtinere, atq; vt ſanguis ex thorace reiiciatur,

effi

efficere dicũt Erasistrati sectatores. Sed inflãmationis rationem hoc in loco tractare nõ proposuimus. Cæterùm quòd ex magna arteria, in pulmonem sanguinis transsumptionem fieri Erasistrati sectatores dicunt, à veritate deuiare videtur. In primis enim sanguinẽ ex intercostalibus locis, in magnam arteriã transferri impossibile est, quippe à spiritu, qui à corde per magnã arteriam ad hęc loca transmittitur, repulsus, illicò reuertetur. Si concesserimus autem hoc ita fieri, ac demus in magnã ipsum arteriam deferri, multò absurdior ex Erasistraticæ sectæ fundamentis sermo euadet. Etenim spiritum, saluãtem incursionis impetum, à corde in hãc arteriam expressum in totũ deferri corpus, per ortas ab ipso arterias autumat, perinde ac si ex vna arterię constrictione spiritus ad extremas pedũ partes peruenire possit, veluti à vehemẽtissimo vento, delatiõis celeritatẽ fieri putans. Quòd verò tanta vehemẽtia, sanguinem in magna arteria cõtentum, ad quamlibet corporis partem non impellat, impossibile est. Neque vlla ratione dici potest, ipsum in vnam arteriam quæ in pulmonẽ feratur cõpelli: ita enim is impetus mentis sit particeps, atq; intelligat, qua via quàm facillimè vacuari possit. Id ipsum verò rursus,

Aduersus Erasistratios, de transsumptione sanguinis ex magna arteria in pulmonẽ.

ſus purgnare videtur cũ præſenti ſermone qui ſanguinẽ quàm celerrimè vacuari per aſperam arteriam concedit. Nam ſi tã facilis eſt per extremas harum arteriarũ partes tranſitus, vt incidens in eas ſanguis, tã celeriter vacuetur, fieri nõ poteſt vt impactus, inflammationem excitet: eo quòd impingi, & excidere, inter ſe ſint contraria. Id verò multo maiori admiratione dignum eſt, quòd quum Eraſiſtratus quàm diligentiſſimè deinceps de puris vacuatione conſcribat, ſiue id in pleuriticis, ſiue in ſuppuratis cõtineatur, ipſe pugnã hanc, qua videlicet ſermones eius, tum nobis, tũ reliquis hominibus omnibus inter ſe certare vidẽtur, non intellexerit, ea facilè deprehendetur, ſi ſermonẽ eius, qui ad verbũ ſic ſe habet, hîc ſubſcripſerimus: Atque in his ipſis affectibus, plurimi interdũ puris excretio fit: cauſa, venarum natura eſt, quã ſic perpendere oportet: Magna quædam vena ex corde naſcitur, adiacens ſpinæ, ac in eo loco, vbi à vertebris ſeptum tranſuerſum naſcitur, finẽ accipit. Ab hoc verò, venæ quæ ad latera extenſæ ſunt, atque arteriis adiacent, oriri videntur. Igitur quum vel vlcus, vel abſceſſus, in his locis euenit, multũ puris congregans, id quidem haud facilè, ad ſpatium quod inter latera & pulmonẽ eſt,

De puris vacuatione in pleuriticis & ſuppuratis, aduerſus Eraſiſtratum.

effun

„ effundi poteſt.quòd ſuccingẽs latera mem
„ brana,neruoſa eſt,& fortis,ac diuidi cõtu-
„ max:proinde coërcetur ad vaſa, mẽbranæ
„ intrinſecus ſubiecta. Quum itaque tenuis
„ magis,ac imbecillior vena ſit quàm arte-
„ ria,hæc vaſa prius diuiduntur quàm ipſæ
„ arteriæ atq; per has diuiſiones,pus effundi
„ tur in venas:per inferiores verò ſedes, pus
„ deiici non poteſt, quia ad eas venarũ natu
ra non peruenit, ſed finẽ ſortiũtur,vt dictũ
„ eſt,circa ſepti tranſuerſi ortũ.Quũ ſemper
„ autem continuæ ſedes repleantur, vt per
„ ſuperiores meatus exitũ capiat neceſſe eſt.
„ Perpendẽda igitur eſt actio, quam pulmo
„ inter reſpirandum efficit, ac quomodo,tũ
„ ſpiritum tum humores,& attrahit,& expel
„ lit,quippe eodem modo pus à lateribus ad
„ pulmonem aſcendere ſolet. Sed quomodo
demùm à pulmone reiiciatur anteà dictũ
eſt.In hoc ſermone quòd pus in venas trãſ
ſumptum, non poſſit ad loca ſepto tranſ-
uerſo inferiora peruenire, rectè ab Eraſi-
ſtrato dictum eſt, vtpotè venâ, quæ octo
inferioribus thoracis coſtis alimentum
præbet (non enim omnes alere poteſt) ad
ſeptum tranſuerſum perueniẽte:neq; enim
in præſentia contendere velim, an exigua
aliqua eius particula inde exiliat.At quo-
modo huiuſmodi pus expuatur, neutiquã
dicere

Membrana coſtas ſuccingẽs.

Vena ad coſtas delata.

Nullus venæ ramus à cõcaua in pulmonem.

dicere aggressus est: similiter nec sectatorũ eius quisquã. Neq; enim quemdmodùm arteria quandam à magna deductã in pulmonẽ ferri affirmant, ita de vena dixerint, etenim arteria, tametsi nõ manifestè in viscus ipsum ramis distribuitur, ei tamẽ substerni, atque ad asperam vsque arteriã ramusculos emittere videtur. Verũ à magna vena, quæ spinæ incũbit, venam aliquam in pulmonẽ transire, neq; nos vnquàm vidimus, neque dissectorum quisquã scripsit: ac ne Erasistratus quidẽ id affirmare ausus est. Quippe inter omnes conuenit, quòd à dextro cordis ventriculo, per vnum duntaxat vas, pulmo sanguinẽ recipit. Oportet igitur pus quod à costis, in eam venã, quæ spinæ adiacet, in primis quidem peruenire ad cor, deinde ad venam quæ ab hoc orta, in pulmonem transit: posteà ex hac in asperas arterias, quæ per ipsum dispersæ sunt, trãssumi: postremò tussi indigere, quæ scilicet ipsum vsq; ad os efferre posset. Quo autem pacto puris sanguini permixti, ab ipso fiat secretio, tãquàm exiguũ quippiã, ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandam parum conducat, præteriẽs dicere neglexit. Neq; defendi etiam potest, ꝙ sanguis in vena, quę circa spinam est, cõtentus ad cor ipsum referatur. Nam

è con

è contrario, vena hæc à dextra cordis auricula exorta, ſanguinem ſecum defert, qui omnibus thoracis partibus, quę circa octo coſtas cõſiſtunt, alimentũ præbeat. Etenim ſuperiores quatuor, nõ ab iis, ſed à vena ad iugulum aſcendente, quæ à medio loco inter cor & iugulum exoritur nutrimentum ſuſcipiunt. Prætereà & hoc quoque nõ minus abſurdũ, ad Eraſiſtrati verba ſequitur. Nã pus quod à ſupernis quatuor thoracis coſtis, in concauam venam refertur, maximè quidem ad eas venas ducetur, quæ ad ceruicẽ, & ſcapulas, & caput, & manus, imò potius ad vniuerſas animalis partes, perueniunt. Hæc ſunt ferè abſurda quæ ad Eraſiſtrati ſcripta ſequi videtur. Accedit ad hęc, quòd cauſam in hac perpenſione penitus non attigit: dicens enim, nõ facilè pus effunditur in ſpaciũ, quod inter coſtas eſt & pulmonem, quia ſuccingẽs coſtas mẽbrana, neruoſa ſit, & fortis, atque diuidi cõtumax, pus aliquãdo in hoc ſpacium effundi poſſe, non negauit: quippe qui verbis ſuis, nõ facilè addiderit. Debuit ergo dicere, id quanquàm non facilè, tamen aliquãdo fieri, deinde viam oſtendere, qua ſuppurati, pus expuere poſſint. Vt enim ex iis nõ paucos perire, ita & alios cõplures ſeruari vidimus. Quorum ſi quis per ſingulos dies,

Vena à dextra cordis auricula ad coſtas nutriendas.

reiecti puris quātitatem collegerit, interdū sex, aut octo heminas, interdū decē, atq; interdum plures, totam summam æquare inueniet. Cæterùm id quod quā creberrimè dicere consueui, nunc quoq; dicā, quod multi Medici, rerū quæ manifestè vidētur causam reddere nequeūtes, eas esse omninò negāt. Quanquàm (vt dixi) omnes quot quot in thorace vulnerati sunt, iniectā per vulnus aquā mulsam, illicò expuere solēt. Nonnulli etiā medēdi modo, & qui cruentis adhibetur, & glutinatorio dicto haud paucis perforatiōibus curati, in primis quidem diebus purulēta quædam expuūt; nisi rectè, ac exquisitè, vniuersus sanguis per vulnus (quatiendo videlicet hominem, qui sic vulneratus est) fuerit effusus. At verò mēbrana costas succingēs, & valida est, & neruosa, ac diuidi cōtumax. Sin autem voles, adde sermoni etiam membranā pulmonem ambiētem, eādem cum illa naturam habentem: eoq; liquores in vacua thoracis infusos hæc quidem nō trāsmittit, illa non transsumit. Itaq; ad eundem modum dices cutem mēbranis esse multò fortiorē, atq; crassiorem in fracturis ossium callo obducendis sanguineum humorem, quo minùs per ipsum penetrando egrediatur, prohibere possit: hunc tamen in nonnullis videmus

Vulnerati in thorace.

Membrana costas succingēs.

mus

mus adeò copioſè effundi, vt tota etiam ligamēta poſſit irrigare. Quod quum ita fieri videamus, idē haud abſurdè per tenues quoque membranas fieri fatendū eſt. Atq; ſatius fuiſſet Eraſiſtratum nō de hac re dubitare, ſed id potius abūdanter intelligere, quomodo humor inter thoracē & pulmonē contentus, in aſperas pulmonis arterias recipiatur, ad leues verò arterias, atque ad venas, peruenire non poſſit. Nam & ipſo Eraſiſtrato authore, tria hęc vaſa ſimul extenduntur, atque ſimul diuiſa, terminātur ſuo extremo quodlibet ore, in adiacētem pulmoni membranam. Cùm ergo tria hęc ora inter ſe proxima ſint, cur in vnum duntaxat fiat trāſſumptio, quærere debuit Eraſiſtratus. Nam longè præſtantius erat, ea quæ fiunt, quomodo fiant quærere, quàm quòd fiant negare. Quanquam neq; dubia neque inuētu difficilis mihi videtur, eorū quæ in thorace continentur, in pulmonem receptio, quæ quidē in aſperæ arteriæ partibus extremis fieri poteſt, quippe quæ nō adeò anguſtæ ſunt, vt lęuiū arteriarum atque venarum partes extremæ. Atque quòd magna ex parte aſperarum arteriarū eſſentia, cartilago eſt, quæ concidere, atque concludi omnifariā nō poteſt: quòd etiam earum, quàm duorū vaſorū reliquorum, ora,

Vaſa ad pulmonē pertinētia

Diuiſiones vaſorum circa pulmonẽ.

multò ſunt ampliora. Cùm igitur ipſorum circa pulmonem diuiſiones numero ſint æquales: rationi conſentaneum eſt, aſperæ arteriæ veluti ramos, reliquorum duorum generũ partes, proportione ſuperare. Id verò manifeſtè apparet per viſceris ipſius diſſectionem, nam vicina quæque vaſa eandẽ inter ſe ſeruant in magnitudinis exceſſu proportionẽ, quã ab initio maximè eorũ partes habere conſpiciuntur. Hæc ſunt quę dicere debuit Eraſiſtratꝰ ac deinceps, vtrũ inſpirationis, an expiratiõis, an quietis tẽpore, pus ex thoracis ſpacio in pulmonem recipiatur, explicare: ac deinde quum id, neque per inſpirationem, neque per quietem fieri docuiſſet, oſtendere ipſum expirationis tempore recipi: id quod facillimum erat demoſtrare, ei cui prius perſuaſum eſſet, reſpirationis actionem ad thoracem pertinere, pulmone nullam propriam habente motionem: quippe qui per cõſequentiã dilatato thorace, pariter attollitur: eo verò conſtricto, ipſe, ſpongiarum exẽplo, quas manibus exprimimus, in ſeſe reſidere ſolet. Etenim hoc pacto per magna vulnera fibra ipſius per vulnꝰ procidere videt̃: verùm citra vulnus, thorax vehemẽter cõſtrictus, humorem qui in eo ſpacio, quod inter ipſum & pulmonẽ eſt, continetur, in

Reſpirationis actio ad thoracem pertinet.

aſperas ipſius arterias cõprimendo cogit. Nec credas velim, huic orationi, vehemẽter, fruſtra fuiſſe inſertum. Niſi enim vehementer admodùm thorax pulmonem ex omni parte comprimat, humor in aſperarum arteriarum ora recipi non poterit. Quamobrem natura, quo robuſtior fieret expreſsio, tuſsi vocata, donauit animalia. Quæ cùm naturale ſit accidens, & ſternutamentum, & ſingultum, & nauſeam, ſimilitudine quadam imitatur, de quibus in libro de cauſis accidentiũ ſatis dictum eſt. Verùm quia viribus opus eſt, quibꝰ huiuſmodi accidens naturale excitetur, contingit creberrimè ꝑ ſuppuratos affectus, mori laborantes, ꝓſtratis anteà viribus, quod à validiſsima thoracis conſtrictione, eademq; celerrima, tuſsis excitať. Atq; vires imbecillæ, neq; validè neq; celeriter agere poſſunt. Ergo de expuitione quę ex ſpacio thoracis procedit, ſatis fuerit hæc dixiſſe: redeamus igitur rurſus ad eum quẽ ab initio propoſuimus ſermonẽ. Sanè quę in ſuccingente coſtas mẽbrana, ac muſculis illi cõtinuis, fiunt inflãmationes, morbũ quẽ lateralẽ vocãt, efficere ſolent. Huius accidẽtia inſeparabilia ſunt: febris acuta, dolor, perinde ac ſi locus vel intendať, vel pungať: ſpiratio frequens, & exigua:

Vnde fiat pleuritis, aut lateralis morbus

Accidentia pleuritidis.

pulſus paruus, arteriã & durã & quodam modo tenſam indicãs: tuſſis magna ex parte cum ſputis coloratis; nõnunquàm verò ſine his. Has incoctas pleuritides, nominãt quæ vel celeriter hominẽ rapiũt, vel longo temporis ſpatio finiuntur. Ac dolor, modò ad iugulũ, modò ad præcordia peruenire videtur. Sunt prætereà alij laterum cum febre dolores, per quos ſpirationem exiguam reddi neceſſe eſt, ſed nullum redditur ſputũ, vt in ea re nihil à pleuritide ſine ſputo conſtãte, differre videatur. Verùm hi facilè ab illis diſcerni poſſunt. In his enim nulla omnino tuſſis eſt: illi verò qui ſine ſputo pleuritide laborãt, ſicca tuſſi moleſtantur: deinde quod neque tenſionem, neque duritiem vllam, refert pulſus: poſtremò quòd non æquè acuta febri laborant, neque adeò difficulter ſpirant. Sũt etiam nonnulli, qui preſſo extrinſecus inflammato loco dolere ſeſe fatentur. Atque ij per ſputum non purgantur, quia ab initio nihil eius ſucci qui inflãmationem excitauit, ad thoracis ſpacium peruenire ſolet. At concocta inflammatione, niſi pus prius diſcutiatur, ad cutem vſque attollitur, atque inciditur.

Incocta pleuritis.

Dolor lateralis ſimilis pleuritidi.

De ſepti tranſuerſi affectibus.

CAP. III.

Te

TErminũ quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas (id eſt mentem) appellauerũt: ſiue ſimpliciter de ipſis in animum venerit, ſiue (vt aliqui putant) quia eo inflãmatione affecto, mens quoque lædatur. A Platone autẽ diaphragma vocari incepit: qui ſanè & ipſe aliis veteribus ſimiliter, phrenas appellauit. Putat autẽ hũc in animalibus vſum habere diaphragma, vt iraſcibilẽ animæ vim in corde contentã abs appetitoria, quæ in iecore ſedem habet, ſepto diſtinguat. Poſteà Medici neglecto priſco nomine diaphragma ipſum appellare cõſueuerunt. Id quod in dorſali quoq; medulla eos feciſſe conſtat. quippe huic quoque ob propriæ ſubſtantiæ nomen medulla eſt, quemadmodum inſtrumentũ cuius nunc mentionem fecimus phrenes nuncupãtur. Verùm quo clarior eſſet dignotio, illi dorſalis, quemadmodum & ceruicalis, & ſpinalis, atque lumbaris, cognomenta addiderunt. Poſteà ferè omnes ſimpliciter dorſalem appellare conſueuerunt. Sic in præſenti quoque propoſito, phrenum nomine reiecto, diaphragma (id eſt ſeptum tranſuerſum) nominare magis placuit. Ariſtoteles autem hanc animalis particulam, ſuccincturã appellat, neſcius ipſam magnæ ac per-

Phrenæ terminus quo pars thoracis inferior finitur.

Diaphragma.

Vſus diaphragmatis ex Platonis ſententia.

Medulla dorſalis.

Septũ trãſuerſum.

Succinctura.

quàm necessariæ actioni, in animalibus esse deputatã, q̃ppe quæ spirationis sit instrumẽtũ. Igit̃ nõ immeritò cùm afficitur, spirationem lædit, vt suprà cùm de spirãdi difficultate ageremus, diximus: vbi proprios eius affectus vnà cùm his qui p̃ consensum cũ spina & neruis ab ea exortis in ipso fiunt tradidimus. At verò nũc eos affectus, qui superno cõsentient principio, ei adueniunt, perstringamus. Igitur anteà

Deliriũ.

quàm aliquid deliret, frequentem ac exiguum: infestante verò iam delirio, multa varietate inæqualem spiritũ reddit: vt in libris de Spirãdi difficultate iam dictũ est. Atque delirare etiam solent nonnulli, ob vitium quòd in ore ventriculi consistit, & febribus ardẽtibus, & pleuritide, & peripneumonia. Sed quæ ob septi transuersi affectum accidunt deliria, non multùm distant à phrenitide. quippe per cæterarum partium affectus, atque per febres ardẽtes deliriũ mitigari solet, quoties morbꝰ declinare videtur.

Phrenitidis delirij nota.

At phrenitidis ꝓpria, præcipuaque nota est, ne in declinatione quidem febrium, delirium quiescere. Neque enim per cõsensum dũtaxat, sed huiusmodi morbo cerebrum afficitur, sed propria primariaq; affectione laborat, atque proinde paulatim accidere, q̃escere verò neque

que ſubitò neq; affatim ſolet, vt in his partibus quarũ nuper mentionẽ fecimus, ac anteà quàm inualeſcat, præcedunt ipſum accidẽtia nõ pauca. Eaque omnia phrenica indicia vocantur, quę ab iis quoq;, qui me præceſſerũt, cõſcripta ſunt. Nam interdum vigilias præcedere, ſiue etiã ſomnũ manifeſtis imaginibus turbatũ, vt & clamẽt nõnulli, & exiliãt, videre eſt. Interdũ verò irrationalis accedit obliuio, vt laborãtes aliqui quũ matellã petiuiſſent, meiere tamẽ neglexerint. Aut quũ lotiũ emitterẽt, matellam ipſam prodere haudquaquàm meminerint. Interdũ maiori cũ tumultu, aut temeritate reſpondẽt, pſertim vbi aliquis antea fuerit manſuetus. Atq; ij omnes exiguo vtuntur potu. Spiratio ipſis rara eſt & magna, pulſus minores, magiſq; neruoſos habent. Nõnunquã occiput dolor infeſtat. Quum verò iam proximè ad phrenitidẽ accedunt, oculi eius vehementer euadunt ſqualidi, aut ex altero ipſorũ acris lachryma effundit, ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipſorũ ſanguine plenę videntur, & ſanguis ſtillat è naribus. Quo tempore nihil quod exactè ad prudentiã pertineat, reſpondẽt, & floccos auellunt, & feſtucas carpunt, atque aridiore febri, cui non ita magnę in alterutrã partem muta-

Phreniticaindicia, per cerebri affectum.

Irrationalis obliuio.

tiones accedunt, torquentur, quemadmodùm in aliis quibuſdā febribus videre eſt; quæ per vigorem quidē grauiſsimè infeſtant, inclinationes verò habent mitiores. Ad hæc lingua quoq; ſalebroſa eſt, nōnulli interdū audiēdo falli videntur, ac interdum mœſti iacent, vix quicquā reſpondentes, atq; diſpoſitione dolorifica affecti, vel acrius premente aliquo, eā haudquaquàm ſentiunt. Ergo hoc modo per cerebri affectū, paulatim phrenitis euenire ſolet.

Deliriū à ſepto trāſuerſo.

Ab aliarum verò partium nulla perpetuū delirium procedit, dempto ſolo ſepto tranſuerſo, cuius vitio excitatū deliriū, parum à continuo diſtat, adeò vt veteres putauerint, hac parte inflammatione affectā, homines phreniticos euadere.

Mētē qua re phrenas appellauerint antiqui.

atque ob eandem ſuſpicionem, phrenas (id eſt mētem) eam appellauerunt, tanquàm ſapiēti parti conferat quippiā. Verùm, delirium quod huiuſmodi vitio accidit, à phrenitide diſtinguit, & ex oculorū accidentib⁹, & ſanguinis à naribus ſtillis, atq; ſpirationis ſpecie. quippe phreniticorum ſpiratio magna eſt, & ex longis ſemper interuallis. Cōtrà, vbi à ſepto delirium oritur, inæqualis, vt modò exigua ſit atq; frequens, modò magna & anguſtioſa. Nam incipiente ſepti tranſuerſi inflāmatione, priuſquàm delirent

rent laborantes exiguũ ac frequentẽ reddunt ſpiritum: contrà, iis qui ob affectum cerebrũ delirant, magna prodit raraq; ſpiratio. Atq; vt ſummatim dicam, veluti eorum accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum apparet, aut ſi apparuerit aliquod, id perexiguum eſt, in his quibus ſeptum tranſuerſum inflammatione laborare incipit: ita rurſus ſurſum reuelli hypochondrion ſepti trãſuerſi, illicò ab initio affecti, propriũ indiciũ eſt, id quod affecto cerebro poſterius accidit, nõ incipiente videlicet affectu, ſed quũ factus iam fuerit. Atq; calor quoque circa caput & faciem vehementior eſt iis, qui ob cerebri vitiũ delirant. Reliqui ſepti tranſuerſi affectus, ſiue primarij ſint, ſiue per conſenſum illi eueniant, partim quidem ab hoc noſtro propoſito ſunt alieni (nempe qui manifeſtè apparent: vt ſunt tùm alia accidentia, tùm abſceſſus in ipſo exorti) partim verò iam anteà dicti ſunt.

De gulæ affectibus. CAP. IIII.

EAm partem quę inter fauces & os vẽtriculi media eſt, quam veteres œſophagon nominabant, qui poſt Ariſtotelis ſeculum ſcripſerunt, ſtomachon, nos gulam dicimus, appellare conſueuerunt. Quãuis Ariſtoteles priſco ſemp vocabulo *Oeſophagus. Gula. Stomachus.*

hanc

hác animalis particulá nominauerit. Eius duplex est vsus: vnus quòd veluti via est eorũ quæ deuorant: alter quòd circa vtrá-que viá actionem quandam efficere videtur, tùm deuorãdo ea quæ ab ore ad ventriculũ deferuntur, tùm reiiciendo ea quę ab hoc ad os eleuantur. cũ enim geminæ sint ei partes (quas dissectores tunicas appellãt) altera ad cibi potusq́; deglutitioné vtit: altera ad eá, quæ vomendo fit, expulsionem. Proinde rationi consentaneũ est, duo esse affectuũ ipsius genera: vnum vt viæ eorũ quæ ingeruntur, alterum vt instrumenti eorũ tùm quæ euomuntur, tùm quæ deuorãtur. Constat verò, duorum iam memoratorũ vsuũ, alterum quidem semper esse necessarium, alterũ verò propter occasiones quasdá. Igitur eorum accidentium quæ ipsum tanquàm viam infestãt, genus vnũ est, quùm ob tumoré aliquem præter naturá angustior fit ipsius meatus. Alterũ quùm proprias actiones perficere nequit. Porrò iam anteà, vbi de angina q̃ ad vertebrarũ in ceruice luxationẽ sequitur, sermo habebat, diximus quòd acquisititia ei angustia accidit, vbi à vertebris ipsis cõprimit, cuius rei nũc quoq; admonitũ te essevelim. Nec obliuioni tradas, tumores eorũ musculorũ qui gulam ipsam inuol

Oesophagi vsus duplex.

Tunicæ œsophagi.

Affectus œsophagi.

inuoluunt, quomodocunq; fiant: nam de omnibus in libro de Tumorib⁹ præter naturam dictũ iam eſt. Cæterùm in iis omnibus commune eſt, quòd tãta ſæpenumerò inter deuorãdũ infeſtat anguſtia, vt potus ad nares remittatur. Quùm verò inflãmatione affecta gula, familiari ꝓpriaq; anguſtia, nõ à vicinis partib⁹ acquiſita, torquetur: tũ grauiſsimus inter deglutiendũ dolor infeſtat, accedẽte quoq; per quàm difficili tranſitu: præſertim ſi ſupinus, q laborat, iacens trãſglutire quippiam conetur: quocirca ſic affecti habitũ transformare, atq; erigere ſeſe ſtudẽt, ex accidente ipſo edocti, faciliorem ita fieri deglutitionẽ, adeò vt haud parũ habitus hic, ad ciborũ in decliues partes delationẽ, conferre videatur, vtpote quæ poſsit ſæpenumerò vel ſola fieri, ſi prius ex ore vſq; ad gulæ initiũ facta fuerit expreſsio. At ſupino decubitu nullũ ſperatur auxiliũ, quo facilius ad infernas partes ferant alimenta, ꝗppe quòd tũ à ſola gulæ actione deuorandi munus ꝑfici poteſt. Neq; verò latet vos, quòd partiũ inflãmatione affectarũ nulla non dolet, † quũ ſuo munere fungit. Contrà vbi quieuerit, dolor mitigari ſolet. Ergo quũ gula ſentiẽdi facultate ſit prædita, eo ipſo euoq; vti licebit quaſi auctario ꝑtis vnde

Gula inflammatio.

† κατὰ μὲν τὰς ἐνεργείας.

paſsiones

Interrogādus ægrotus de suo affectu.

passiones eius dinoscātur. Id quod à laborante, inter respondendū deprehendere licet, nisi adeò fuerit saxeus, vt ꝗd ipm̄ lædat, narrare nō possit. Quod si eiusmodi est qui possit animi sensa interp̄tari, gulæ sensus maximū præstabit corollarium, ad affectuū ipsius dinotionē. Etenim imbecillitatē nōnunquàm percipere se dicunt laborantes, vt longo vix temporis spacio ꝑ gulam transeant, ea quæ ingesta sunt: quæ aliquādo ad primum impetum facilè descendūt, deinde rursus arcentur, vt videantur impacta, demùm per residuum spaciū facilè labūtur. Horū primum actionis infirmitatem, alterū particulæ cuiuspiā angustiā indicat. Verùm vtriusque differentias, ex reliquis accidētibus intelligere licet.

Gulæ imbecillitas.

Nā in imbecillitate quæ à sola intēperie, citra tumorē præter naturā fit, ingestorum in trāsitu tarditas æqualis est, & sine dolore, & in supino decubitu augetur: erecta verò ceruice mitigat, neq; vllus accedit angustię sensus.

Gulæ tumor cum imbecillitate.

Vbi verò cū tumore est imbecillitas, vnā quāpiam particulam angustiorē cæteris efficit, atque per eam tardior erit transitus.

Gulæ tumor cum inflammatione.

Quòd si tumor inflāmationis fuerit particeps aut erysipelatis, accedit ei pariter & dolor, & sitis, & multi caloris sensus, & febris nō admodū ardens,

quæ

quæ etiam siti proportione haudquaquã respondet. Si verò tumor aliquis ex nõ ita calidis fuerit: tùm citra febrim, & calorẽ, & sitim, deglutitionis inæqualitas eueniet, retẽtis in pte quapiã alimẽtis, pręsertim si maiusculum, atque solidũ fuerit id quod deuoratur: acceditq; dolor aliqs sed exiguus. Ergo quum aliquando huiuscemodi accidentia longo tẽporis tractu nobis apparuissent, accedente nonnunquàm ephemera febre, nõnunquàm etiã horrore, coniecturam faceremus abscessum concoctu difficilẽ esse in gula: accidit procedẽte tempore, vt laborans ruptionis sensum perciperet, ac subinde pus euomeret: idque non solùm eodem, sed postero quoque die, atq; itidẽ tertio, deinde succedebãt ei deinceps omnia vlceratæ gulæ indicia. qppe siue acria, siue acida, siue salsa, siue acerba deuoraret, aut vellicationẽ, aut constrictionẽ sentiebat: dolebatq; hac in parte, vel nihil deglutiẽdo, sed moderatiꝰ. Vehementiorẽ verò dolorem excitabant ea, quibus mordẽdi, aut constringendi vis erat. Hîc ergo longo temporis spacio vix seruatus est, fretus scilicet ætatis beneficio. etenĩ natu maiores, ferè omnes perierunt. Sanè quotquot dolorificum quempiã in gula habẽt affectũ, omnes ex dorsi

Abscessus in gula.

Vlceratæ gulæ indicia.

Dorsi dolor gulæ affectum indicat.

quo

quoque dolore ipſum ſignificanter declarant. cuius rei cauſa haud obſcura eſt, iis qui gulã ſpinæ incũbentẽ viderunt. Quin etiam conſtat, quod ex gulę vaſis, haud ſecus quàm ex reliquis omnib' ſanguis vomendo reiici poteſt. Id ſi ob ruptũ vas acciderit, dolor ibi percipit': ac locũ, vbi aliquid ruptũ eſt, indicat. Haud ſecus vbi vena fuerit eroſa, ſiue diabroſin, ſiue anabroſin, ſiue aliter quomodolibet nominare volueris, locus affect' dep̄hẽdi poteſt. Aperto autẽ vaſis alicuius ore, nullus omninò dolor ſentitur. atq; hac re à reliquis diſtinguitur, ac prętereà quòd neque ictus, neq; caſus hanc profuſionem pręceſsit, id quod rupto vaſe videre eſt. Quanquã ob ſolam ſanguinis plenitudinẽ, nulla adueniẽte extrinſecus cauſa, vaſa interdũ dirumpi poſſunt. At venæ eroſionẽ, vlcus præcedere ſolet. Fit autẽ vlcus, vel rupto vaſe, vel vicioſorum humorum influẽtià, id quod in cute quoq; ſæpenumerò accidere vidimus.

Venæ eroſæ aut ruptæ accidẽtia.

Vlcus in gula.

Os vẽtriculi.

De oris ventriculi affectibus.

CAPVT V.

Os vẽtriculi cor ab antiquis nominatum.

VEteres os vẽtriculi cor nominabant, ab accidentibus quæ inducere videtur hanc (vt aiunt) deducẽtes appellationẽ. Nęq; enim vt cardiacis ſyncopis: ita &

ſtomachicis, nõnulli corripiũtur: ſed etiã conuulſionibus, ſopore, morbo comitiali, & melancholia, necnon accidẽtibus qua lia per ſuffuſiones infeſtant, vt iã antea quũ de oculis loqueremur, dictũ eſt. Atq; omnes ij affectus, conſentientibus ei cæteris partib⁹, in ipſo fieri dicũtur. Nam ad propriã eius rationẽ pertinet, & appetentiã prohibere, & natãtes cibos corrũpere, quemadmodũ id haudquaquam fieri ſolet, quũ cibi in ventriculi fundo firmãtur, pręcipuè ſi ſuapte natura nõ ita facilè corrumpãtur. Igitur exactè animũ aduertere oportet, vt diſcernãtur affect⁹, qui in ipſo per conſenſum eueniũt ab iis ꝗ huiuſmodi particulis, quarũ actionibus nocere cõſueuit os ventriculi affectũ (quod vt veteres omnes cor appellabãt, ita noſtra tẽpeſtate ſtomachus vocatur) primario accidere cẽſentur. Sed hæc inter ſe diſcernere facilè poterit is ꝗ aſſidua exercitatione circa notiones verſatus, ea quæ præceſſerũt, diligẽter cõſiderauerit. Sunt enim ꝓprietates quædã ineffabiles, ſed quę accidẽtibus quæ narrari poſſunt, ſuccedũt, quibus certiores ſtabilioréſq; euadunt affectaũ partiũ notæ, ſed has vnuſquiſq; per ſe inuenire poterit. Quæ verò tãquã fundamẽta vniuerſæ dignotionis exiſtunt atq; ex

Affectus ſtomachici.

Stomachũ vocabat Gal. tẽpeſtas os ventriculi.

quibus ſtudioſiſſimi quique, ineffabiles accidētiū proprietates ediſcunt, deinceps explicare aggredior. Igitur Grāmaticus quidā iuuenis, quoties vel nimis vehemēter doceret, aut cogitaret, aut inediā ſuſtineret, aut iraſceret, comitiali morbo corripiebatur. Perpendi quidē in hoc, os ventriculi (vtpote qđ facilè ſentiret) affectū eſſe: ac deinde per cōſenſum & totū cerebrū, & corpus vniuerſum cōuulſione concuti. cui probā concoctionē accuratè procurare, ac tertia vel quarta hora panem optimè præparatum exhibere iuſſi, atque hunc quidē ſolùm, ſi nō ſitiret: ſi verò ſiti cruciaretur, ex vino diluto, & quidē albo, atq; modicè ſtringente. Nam huiuſmodi vinum vt ventriculum robuſtū efficit, ita haudquaquā tentat caput: id quod facere ſolent ea quæ vehementes vires optinēt, Quum igitur hac victus ratione vtens nō vt antè afficeretur: exactam iam notitiā me habere arbitratus ſum eorū quę prius ſolâ coniectura conſequebar. Itaq; quolibet anno bis, aut etiā ter medicamentum amarū ex aloë ei exhibui: totū enim ventrē purgat, vireſq; reparat: atq; ita vir ille viginti annis, quib⁹ poſteà ſuperſtes permāſit, integra inculpataq; valetudine vitā exegit. Quòd ſi aliquando ob ingruentia

Grămatici quidă iuuenis ex vehemēti in docēdo labore, comitiali morbo correptus.

Addit Aëtius ătiq. Vinum album modicè aſtringēs, caput non tētat.

nego

negotia diutiùs à cibo abstinere cogeretur, exigua quadã cõuulsione vexabatur. Iam alios quoq; vidimus cõuulsione comitiali ob oris stomachi vitiũ correptos: quũ aut nõ probè cõcoxissent, aut vini & quidẽ meracioris plurimũ potassent, aut vbi veneri ĩmodicè operã dedissent. Quin etiã per febres quosdam conspeximus derepente cõuulsione prehendi, nullo (quod eã præsagiret) præcedente indicio: qui bilioso superueniẽte vomitu, protinus ab omni noxa liberati fuerũt: atq; hoc modo affectorũ nonnulli res quasdã fuscas vomendo reiecerunt, alij humorẽ porri succo similem: quidam etiã vitiosis grauati cibis, soporosi permanserũt donec ea quæ os ventriculi opprimebant, oĩa euomuissent. Atqui horum accidentium vix vllũ crederes à ventriculi ore procedere, quẽadmodũ ne syncopas quoq;, nisi tam crebrò ita euenire viderẽtur. Quãquã enim nõ pauci ad ipsum ex cerebro nerui perueniũt, non tamẽ tot esse videntur, vt per eos tantus sit principij cum ore vẽtriculi cõsensus, vt inde conuulsio inferri possit. tantum abest, vt quis credat, cor ipsum tã vehementer ori ventriculi consentirẽ, vt acuta protinus sequatur syncopa. Porrò multos non solùm insomnia, & somni

Conuulsio comitialis ob vitium oris stomachi.

Biliosus vomitus conuulsionẽ soluẽs.

Nerui ad os ventriculi pertinentes conuulsionem non inferant.

tumultuosi molestant, sed amentia quoque, propter vitiosum humorem in ore ventriculi aceruatũ. De flatuoso verò vocato & hypochõdriaco morbo nemo non dixit, quomodo tristitiã, desperationem, mœstitiam inducat: atque, vt summatim dicam, ad melancholiæ accidentia nihil reliqui facit. Quippe laborantes huiusmodi morbo, post cruditates dictis accidentibus multò vehemẽtius infestant: ac quidã ex ipsis splenici quoque fiunt. quocirca coniiciendum est, ex hoc etiã viscere vitiosam saniẽ in ventriculũ irruere. Ergo ea accidentia quæ vel cerebrũ, vel oculos afficiunt, vitiosorũ humorum vaporationem sequuntur. At syncopa quæ stomachi vitio solet euenire, ob dolorũ ipsius proprietatem exolutionem inducit: eius quoque intemperie ad cor fortasse perueniẽte. Quemadmodũ vbi cor vehemẽter intemperatum est, vires agminatim cadere necesse est. Atq; constat etiã, ꝙ κίτται (id est, picæ) vocatæ mulieribus accdunt, vbi hæc particula affecta est. Quæ enim aut canũ more, aut nihil omninò, aut malos cibos cupiũt, iis appetẽtiæ instrumentum læsum esse certũ est: id verò os ventriculi esse demõstratũ iã est. Sic etiã nausea cordis dolores, singultus, inter huiusce ptis

Flatuosus & hypochondriacus morbus.

Syncopa stomachi vitio eueniens.

Cittæ.

Picæ.

Appetentia canina

Nausea.

Cordis dolor.

Singultus.

affect

affe ctus numerari debent. Verùm omniũ harum affectionũ cauſas in libro de Accidentium cauſis, iam diximus, vt nihil nũc opus ſit, in earũ explicatione tẽporis iacturam facere. Etenim quæ per intẽperantiam ei veluti ſimilari corpori morborum differentiæ adueniunt, iam ibi enarratæ ſunt. Inſtrumẽtales verò morbi qui ei accidere ſolent, adeò manifeſtas habẽt notas, vt latere poſſint neminẽ, qui cõmunes ſignificationes: quæ & in his anteà cõmẽtariis, & in aliis quibuſdã prçſcriptç ſunt, memoriâ tenuerit. Neq; enim abſceſſus, neque inflammatio, neq; eryſipelas, neq; vlcera huius loci in obſcuro ſunt, vtpote quorum communes ſunt notæ cũ iis quæ ſuprà de gulæ affectionibus, dictæ ſunt: atq; illis eò manifeſtiores, quò facilior huic parti ſenſus eſt, ac clarã quoq; promptamque notionem habet. Similiter vbi ex hac parte ſanguis reiicitur, indiciorũ proprietas cõmunis eſt cum illis, quæ de gula iam diximus: verùm cognitio longè manifeſtior euadit. Atque par eſſe videtur, totum ventriculi ſpatiũ ſimili diſpoſitione affici, quales ſunt illæ quas in ipſi' ore fieri diximus, atq; ſimilia quoque ei aduenire accidẽtia. Quòd verò longè maiorem inferũt violentiã ea, quæ in ipſius

Inſtrumẽtales morbi oris ventriculi.

ore contingunt: idcirco Medici ea quæ in parte ventriculi inferiore eueniũt, perinde ac si omninò non fierẽt, & despicere & cõtemnere solent. At quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est hanc ipsam partẽ, quum malè disposita fuerit, cruditatum esse causam. quum videlicet vel ob inordinatã alimentorũ ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatem homo cõcoquere nequit. Morbi verò cæteris partibus omnibus cõmunes, siue instrumẽtales sint, siue per solam intẽperiẽ infestent, quorũ sedes affectæ manifestæ sunt, ad hanc præsentẽ cõmentationẽ propriè non pertinent. quippe eas duntaxat partes, quę sensus iudiciũ effugiunt, considerare propositũ est.

Sanguis à vẽtriculo reiectus.

Sed de sanguine qui ex ipso vomẽdo reiicitur, non conuenit inter Medicos. Etenim sunt qui putent nequaquam fieri posse, vt sanguis vel ab hepate vel à liene effluens per ipsum euacuetur: similiter de pure quoq; ab ipsis erũpente existimãt. verùm enimuerò per artis exercitationẽ vtranq; opinionẽ examinãti mihi, visa est per ipsum fieri euacuatio ex dictis visceribus. Cæterùm differre voluimus huius rei doctrinã in eum locum, vbi de ipsis sermonẽ faciemus: quippe deinceps & iecinoris & lienis

affe

affectus percurrere propoſitum eſt.

De iecinoris affectibus. CAP. VI.

HVic parti, quemadmodum & cæteris omnibus duplex morborum genus accidit: vnum à ſola intẽperie, citra tumorem præter naturam. Alterum vbi vnà cũ intẽperie tumor quoq; infeſtat, vt inflammatio, eryſipelas, ſcirrhus, id eſt tumor durus: obſtructiones à craſſis & viſcoſis humoribus, ſpirituoſæ, ſeu flatulẽtæ diſtẽtiones, idque in extremis vaſorũ partibus quæ ex venæ ipſius portis exoriũtur. Has quidem obſtructiones ſequitur grauitatis ſenſus, quæ dextro hypochondrio incumbat. Quòd ſi halituoſus quoque ſpiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur: nõ ſolùm grauitas, ſed tẽſionis etiam ſenſus ſequetur.

Obſtructionũ iecoris ſigna.

Inflãmationes verò quæ in hoc viſcere citra ipſius imbecillitatẽ naſcuntur, ſi quidem in gibba parte conſiſtant, præcipuè ſi grandes fuerint, perfacilè vel ſolo tactu dignoſci poſſunt. At ſimarum partiũ inflãmationes per alia potius accidentia, quàm per tactũ inueſtigare oportet. Incipiam igitur ab his quæ in parte gibba oriuntur: ſi prius vos admonuero eorũ quos in corporum diſſectione conſpexiſtis muſculorũ, q̃ ſub cute tendũtur,

Inflammatio gibbarum iecoris partium.

Sunt verò octo numero, quatuor cõtenti coniugationibus. Quarũ prima ex muſculis conſtat rectis, per totum carneis, à locis quæ circa ſternon ſunt, ad pubis oſſa, ita enim vocãt diſſectores, deſcendẽtibus. At reliquarũ trium coniugationum muſculi, vſque ad rectorũ contactum, carnea quidem parte conſtant: vbi verò primùm illos attigerũt, in neruoſas mẽbranas degenerare vidẽtur. Horũ itaque muſculorũ vna cõiugatio, quæ quidẽ reliquis omnibus exterior eſt, à thorace obliqua deducitur, in anteriores partes & deorſum deſcendens. Altera huic cõtraria ab infernis exorta partib⁹, obliqua ad anteriores & ſuperiores aſcendit. Huic tertia muſculorũ cõiugatio ſubiicitur, qui tranſuerſum habẽt poſitũ: atq; peritonæo, id eſt, mẽbranæ quæ inteſtina cõtinet, innituntur. Rectorum autẽ muſculorũ tumores præter naturam oblongi, atq; per mediũ totius ventris extenſi videntur: vmbilicũ veluti ipſi quoque muſculi, cõprehendẽtes, quapropter haud obſcura eſt eorũ dignotio, vtpote quos & poſitus, & figura declarat. accedente ad hæc ꝙ ipſi à nullo exteriore muſculo contegũtur. Hæc autem obliquis quoque muſculis, qui à thorace deſcendũt, ſunt cõmunia. At multò difficilior eſt

Muſculorum epigaſtrij diſſectio.

noti

notitia musculorũ q iis subiecti sunt: difficillima verò transuersorũ. Constat autem iecur intra hos sub peritonęo esse positũ, quod quũ tribus contegatur musculis fieri, non potest, vt tactus aliquã ipsius notitiã præstet, nisi vel magna in ipso oriatur inflãmatio, vel incũbẽtes ei musculi extenuentur.

Iecoris positio exterior.

Sed iecur affici declarãt, in dextra præcordiorũ parte grauitas, dolor tota præcordia retrahens, atq; ipsius vsq; ad iugulũ extensio (nam & hoc nonnunquã euenire solet) exigua tussis, linguę color in primis quidẽ ruber, deinde verò niger, ingẽs fastidiũ, sitis inexhausta, vomitus tũ syncerę bilis, tum eius quæ ouorũ vitellis similatur, quæ posteà æruginis aliquãdo colorem referre cõspicitur. Aluus quoq; adstringitur, nisi vnà cũ visceris huius imbecillitate inflãmationem excitari cõtingat.

Iecoris affecti notæ.

Erysipelatis autẽ accidentia his ferè similia sunt, & insuper febris quoque cũ vehemẽtissima siti laborantes cruciat. eas enim febres quas ardẽtes antiq vocabãt, magna ex parte aduenire videmus, iecoris aut vẽtriculi flãmeis dispositionib⁹, atq; in pulmonis inflãmatione erysipelatis participe (Gręci φλεγμονὴν, ἐρυσιπελατῶδη appellãt) ardẽtes febres excitãtur. quẽadmodũ vbi in vniuerso quoq; corpore bi-

Erysipelas in iecore.

Febres ardentes.

Phlegmone erysipelatodes.

lioſi humores ad immoderatū feruorem perueniunt. Verùm hæ quæ aut iecoris, aut ventriculi occaſione eueniūt, omniū ſunt vehementiſſimæ. Quibus particulis ita laborātibus febres magna ex parte in marcorē trāſmutātur. Sed de hac alibi ſeorſum ſcriptū eſt. Quæ in ſimis iecinoris partibus eueniūt inflāmationes, vt magis quàm illæ quę in eius gibbo fiūt, faſtidiū, nauſeam, vomitū bilioſum, ſitim ingentē inducunt: ſic econtrariò hæ maiori quàm illæ, inter ſpirandū dolore (vt dictū eſt) laborantem afficiūt, magisque tuſſim excitant, atque dolorem vſque ad dextræ partis iugulum, adeò vt detrahi videatur, extēdūt. porrò vtriq; parti quū dolor adeſt, nothæ coſtæ nonnūquam cōſentiunt. Itaque eis commune eſt, non omnibus: propterea quòd iecur per membranas non omnibus cōiungitur: id quod non ſolùm in ſimiis, ſed in aliis quoq; animalib' videre eſt. Etenim aliis quidē cōiungitur, aliis minimè. Igitur quemadmodū interdum in gibbis dūtaxat, ita & in ſimis huius viſceris partibus inflammatio oritur: quāuis in neutra partium exquiſitè diſtincta poſſit conſiſtere. Nam omnium eius partium carnes inter ſeſe continuantur. Cæterū quibus naturâ, abdomen gracile eſt,

In lib. de marcore.

Simarū iecoris partium inflāmatio.

quando

quando morbo gracilius efficitur, in iis facile eſt videre ingentẽ iecinoris inflammationem, quæ propriam hanc à muſculis incumbentibus ſortitur differentiam: quòd moles ſub manibus ad coaceruatã circunſcriptionẽ deſinit. At muſculus quilibet, quum totus ſibi continuus ſit, inflãmationis ipſius moles ſenſim diminui conſueuit. quippe ſoli iecinori proprium eſt, vt tumoris cumulum comprehenſim habeat circũſcriptum. Vnde manifeſtum eſt, quòd durus in ipſo tumor (Græci ſcirrhon vocant) multò euidentius dignoſci poteſt, eo quòd durior ſit ſcirrhi ipſius, quàm inflammationis moles, quodq; in huiuſmodi diſpoſitiõe extenuata ſint corpora, quæ ei incũbunt. At verò tractu temporis quãuis magis increſcat ſcirrhi tumor, nõ tamẽ æquè facilè fuerit, per tactũ ipſum cognoſcere, intercipiẽte ſcilicet iudicium aqua inter cutem, quæ illico ſcirrhum ſequi conſueuit. Quippe niſi hepar afficiatur, haudquaquã fieri poteſt huiuſmodi affectus, nõ tamẽ ſemper ob primariã eius affectionẽ excitatur, quãuis hoc ſit quàm frequentiſſimum. Etenim quia ipſum, eius facultatis, quę ſanguinem gignit, inſtrumentũ eſt, cõſequens eſt, vt vitiato hoc viſcere, actio quoq; eiꝰ vitietur.

Scirrhus hepatis.

Acci

Accidit autem (vt dixi) quum aliâs aliam partem frigida admodũ intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur. Igitur ſi vel lienis cauſa, vel ventriculi, vel inteſtinorum vniuerſorũ, maximè ieiuni, meſentericæ venæ [omnes] habituali intemperie afficiantur, facilè etiã vnà refrigerare poſſunt omnes ſimarũ iecoris partium venas: quò fit vt ad hepatis quoq; corpus intẽperies ipſa perueniat. Si verò vel pulmonis, vel ſepti tranſuerſi, vel renũ occaſione id accidat, in primis venæ, quæ in viſceris huius partibus gibbis cõſiſtunt, per conſenſum afficiuntur: deinde tractu temporis totum hepar quoque eâdem diſpoſitione infeſtatur. Ergo quæ hucuſque diximus, ſic ſe habere nemo inficiabit, niſi fortè qs aut ſuâpte natura cõtẽtioſus, aut omnino fuerit indoctꝰ.

Hepatis obſtructio.

De obſtructione verò, nõ æquè certæ habẽtur cõiecturæ. Etenim quòd ſimarum partium venæ, ab ea quæ in porta exoritur, in tenuiſſimas extremitates finiãtur, haud obſcurè apparet. Atque quòd ad eundẽ locum aliæ quoque venarum extremitates à concaua vena, in gibbas viſceris partes diſtributarũ perueniant, ſimiliter cõſtat. licet quomodo per ſua ora ipſæ inter ſe cõiungantur, videre nequaquam poſſimus. Neque enim dubitat

tat aliquis, ſed omnes ferè Medici ex vno ore enuntiant, quòd cibus vniuerſo corpori diſtributus ex omnibus ſimarũ partium venis exiẽs, ad gibbas partes per dictas extremitates trãſſumitur. Quòd ſi fateamur ſanguinis tranſitum, ob tumoris venarum quæ inflammatione & ſcirrho occupãtur, molem conſtringi: rationi conſentaneum eſſe videtur (vt nonnullis placuit) vt pars quæ in ſanguine magis tenuis atque aquoſa eſt, trũſſumatur, atq; vehatur per vniuerſum corpus: ſyncerus autem ſanguis, qui propter ſui craſſitudinẽ in caua viſceris parte permanet, ei morborum qui ex plenitudine fieri ſolent, cauſa eſſe cenſeatur. Perſcrutantibus verò nobis huius ſectæ placita, videntur partim cum iis quæ iam ſuprà dicta ſunt, cõſentire: partim verò nonnihil ab iis, quæ apparere ſolent, differre. Quòd enim aquoſa ſanguinis pars tranſſumpta in venã concauam vſquequaque per corpus diſpergatur, conſequi videtur ad ea, quæ iam in confeſſo eſſe diximus. Quemadmodum craſſiorem ſanguinem in viſceris venis præ anguſtia earum retentum ad inteſtinum ieiunum & tenue, & colon, & cæcũ atque rectum deferri, & (vt quiſpiam dixerit) in ventrem fortaſſe, nemo tamen id accidiſſe vidit: neque in hepatis præter

natu:

naturam tumoribus, neque etiã obturationibus. Verùm in omnibus corporis partibus, tũ supernis, tum inferioribus pituitosus sanguis contineri cõspicitur in iis morbis, quos Græci & anasarcas & leucophlegmatias nominare cõsueuerunt. Per aluũ autem nihil cruẽtum, neque in iis, neque in ascite, neq; in tympania secerni solet. Sed spacium quod inter peritonæum & partes ei subiacentes est, aquoso humore impletur. Proinde rationi magis cõsentaneũ est, vt ob visceris refrigerationẽ cibus qui reliquis partibus distribuitur, in sanguinẽ trãsmutari non possit, quinetiam refrigerãtur cum ipso vniuersi corporis venæ, idq; maximè, vbi nullo plærunque tumore in iecinore apparente, laborãs aqua inter cutem molestari videtur: vitio existente vel in liene, vel ieiuno aut tenui intestino, aut mesenterio, vel pulmone, vel renibus, aut etiã vbi plurimus per hęmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre profluuium, aut quũ retinentur mẽstrua, aut ob aliã ingentem vteri dispositionẽ. Nam per omnes huiuscemodi affectus aquâ inter cutem homini vexari contingit, vel nullo existẽte in hepate præter naturã tumore. Id verò præcipuè intelligitur ab iis, qui didicerũt quomodò ex intempestiua aquæ frigidæ potatione

Anasarca. Hyposarca. Ascites. Tympania. Hydropicorum affectus. Aquæ frigidæ potio

tione iecur affatim refrigeratũ, ſtatim aquam inter cutem inducit, antequàm ſcilicet in durum tumorem attollatur. Verùm ſic affecti vehementi ciborum deſiderio tenentur, nec mirum, quippe ob refrigeratũ os ventriculi, huiuſmodi cupiditates inualeſcere, iã antè didicimus. Sed de aqua inter cutem, quantum ad præſens attinet propoſitum, hæc dixiſſe ſatis eſt.

De morbo regio. CAP. VII.

Porrò vtrum ſemper in morbo regio locus affectus ſit hepar, an alia prætereà disſpoſitio hunc affectum efficere poſſit, deinceps percurrendo ſcrutemur: ſiquidem videmus nõnunquàm iecinore nequaquàm affecto per morbi iudicationẽ, effundi ad cutem bilem pallidã, quomodò humorum in aliquam partem decubitus quoque aliqui interdum euenire conſueuerunt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationem ſanguinem ab extranea quadam corruptione in bilem verti: qualis ferarum morſu fieri ſolet. Etenim Imperialiũ ſeruitorũ quidam, qui viperarum venationi deputatus erat, quum à vipera morſus eſſet, aliquanto tempore medicamenta quibus vti cõſueuerat, potabat: cumq; vniuerſi corporis color mutaretur, adeò vt porri colorem

Morbi regij cauſæ & indicia.

Imperatoris ſeruus quidã à vipera morſus.

lorem referret, accedẽs ſingula nobis enarrauit, cui epota theriaca, quã celerrimè colorem ſecundũ naturam reſtitutus eſt. Solent autẽ Medici inueſtigare, an aſſumpti veneni propria extẽt ſigna, eo quòd ſæpenumerò videant, citra letalis veneni potionẽ humores ſimiliter vt epoto veneno corrũpi. Verùm non mirum eſt, ſi ſic aliquãdo mutentur humores, vt vniuerſum corpus aurigĩnoſum euadat. Quãquàm fieri etiam poteſt, vt iecinoris ſecũdum naturam temperies mutata, humores huiuſcemodi vitio afficiãtur, & quidem citra obſtructionem, aut inflãmationem, aut ſcirrhũ. Quinetiã manifeſtè quãdoque videmus, vniuerſum corpus herbis candenti pallore infectis ſimilari: interdum plumbeũ, aut etiam magis fuſcum referre colorẽ: interdum etiam alias quaſdam ineffabiles colorũ proprietates, quæ iecinore ſuo munere non rectè fungente, ſine tumoribus præter naturam accidere ſolent. Sic ob ſplenis quoq; vitia, huiuſmodi colores eueniunt, ſed multo nigriores quàm ab hepate. Quos vt clara interpretatione enarrare difficillimũ, ita cognoſcere facillimum, iis præſertim qui illos ſæpenumerò cõſpexerint. Etenim Steſianus quum Medicorum iudiciũ ſubiiſſet, neſcio quo pacto eorum non pauci abſceſ-

Steſianus abſceſſu in muſculis epigaſtrij laborans.

ſum

ſum in ipſius hepate cōſiſtere crediderint. Sed poſteà quàm longo temporis ſpacio nihil ſe in melius ꝓficere ſentiret, me quoque vocauit. Igitur ſimulatque domum, vbi iacebat, fuiſſem ingreſſus, aſpiciēs eū, hoc inquam ſcias velim, nullū tibi eſſe in viſcere vitium: ſed quid aliud te moleſtet, nudatis præcordiis declarare conabor. Inueni ergo in ꝓfundis muſculis abſceſſum, contracto iam pure, in medio ſpacio eorum muſculorum, qui per tranſuerſum incedunt, atque illorū qui obliquè ab infernis ſurſum tendunt, qui (vt nouiſtis) medij ſunt inter eos qui tranſuerſi peritonęo incumbūt, & eos qui ſub externa cute obliqui deorſum feruntur. Sic etiam alios complures ſcitis me notaſſe, per colorem declarādo modò iecur, modò ſplenem eſſe affectum: nullâ audita præteritorum accidentium narratione, neque etiam per tactum inueſtigato viſcerum affectu. Proinde ſæpenumerò audiuiſtis me malè imprecantem iis, qui medicæ quidē profeſſionis (ꝙ ad ſpectatiuā pertinet) principes ſe eſſe iactabant, nullius verò ægri volebant aggredi curationem. De quorū numero plurimi fuerunt tum empirici, tum methodici: quibus ſi quis dixerit, fieri poſſe, vt ſolo perſpecto colore, affecta ſedes interdum cogno-

Color declarat iecoris ſpleniſque vitia.

ſcatur, illi aperto ore, atq; rabidi canis exẽplo, exerta lingua impudenter ei reſiſtũt. Verùm præſens ſermo haudquaquàm ad illos dirigitur. Itaque ad aliud accidentiũ genus quod ſola iecinoris imbecillitate, quæ per ſe ac ſine inflammatione euenire ſolet cõtinetur, nũc tranſeamus. quẽadmodũ & de ipſius inflãmatione, quæ circa propriç facultatis ſuæ imbecillitatem accidit, ſeorſum iam diximus. Cæterùm poſtquàm ſanguinis generationem hepatis munus eſſe intelligim⁹, ſi cauſa aliqua fuerit, quæ hunc generare poſſit, eã hepatis propriã facultatẽ eſſe dicemus. Propriam autem diximus, propter eas quç omnibus corporis noſtri partibus communes eſſe dignoſcuntur quas in libro de Naturalibus facultatibus, iam percurrimus, attractricem dico, & retentricẽ, & expultricem. Nãque quarta generatim quidem alteratrix, ſpeciatim verò ſanguifica vocatur. Porrò omnium facultatum eſſentiam in peculiaribus partiũ temperantiis cõſiſtere didiciſtis, proinde quũ iecur ad aliquam octo intemperantiarum labitur, accidet viribus ipſius noxa, quæ illi intẽperantiæ peculiariter debetur. Sed de iis generalem ſcripſimus ſermonem, in tertio libro de accidẽtium cauſis: proprius autem cuiuſque ſecundum ſpeciem partis com

Iecoris imbecillitas.

Propria hepatis facultas.

Cõmunes facultates.

communi ad portionem respondet. Igitur calidæ iecoris intemperantiæ, cùm contentos in ipso humores, tum eos qui per mesenterij venas deferuntur, & assant & adurunt: frigidæ autem, contentos iam in ipso humores, crassos atque ad fluxum & motum contumaces reddunt: id verò quod ad ipsum fertur, & pituitosum, & crudum, & semicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoq; duabus dicẽdum est. Arida quidem intemperantia, sicciores, crassioresque: humida verò, magis tenues aquosioresque reddit humores. Igitur quum alui sedimina, aquæ, in qua nuper mactata caro abluta est, similia esse videritis, efficacissimum inde affecti iecinoris signum elicere nequaquàm dubitetis. Ac nominantur hepatica, ea præcipuè quæ ob imbecillitatem ipsius deiiciuntur: quippe ad iecoris essentiam pertinent huiusmodi affectus. At qui didicistis cuiusque primorum corporum essentiam ex quatuor qualitatũ constare temperamento. Sic etiam quum fæci sanguinis similia per alumẽ excremẽta deiiciuntur, iecur affectum esse coniiciẽdum est. Vt enim tenue & saniosum excrementum infirmi iecinoris sanguinẽ creare non potentis, ita id quod fæci simulatur, superassantis sanguinem hepatis indiciũ est. Ne-

Iecoris intemperantia.

Ga. lib. 8. de comp. med. κατὰ τόπους. ca. de iecinoris affec.

Hepatica excrementa.

que enim à memoria veſtra decidit,quum ſæpe videritis quoſdam,in primis quidem ſaniem & cruenta quædã,dein tractu temporis craſſum , ac melancholicum ſanguinem , poſtremò atram quoque bilem , & quidem ſynceram deiicere.Accidit autem interdum , vt hic affectus ob frigidam intemperiem citra febrim incipiat , quando tenus ſanies ſanguinis excernitur , deinde tractu tẽporis , corrupto in viſcere ſanguine,febris ſuperuenire ſolet, quæ tamen ab imperitis vſqueadeò negligitur, vt laborãtem interdũ nequaquam febricitare putent,quippe hunc affectum ob inediam accidiſſe exiſtimant.Siquidem quòd nulla ſit ipſis cibi cupiditas potius,quàm ob medicorum inſtitutum,laborantes à cibo abſtinere inuenerunt. Itaque quum interim nihil excernatur, videaturque laborãs omnino liber à febre, balneis eum exponunt, ac debitam victus rationem præſcribere negligũt.Quocirca rurſus corruptos cibos aluus deiicit,quos deinde hepaticorum excrementorũ nõnihil ſequitur. At nonnulli qui ob frigidã intemperiem laborare inceperunt,non ſolùm non perdũt cibi cupiditatem,verùm etiam interdũ multo magis, quàm anteà ſe eſurire aiunt.

Calida intemperies iecinoris.

Calidas verò intemperies nũquam comitatur ciborum appe

appetentia,ſed cibi faſtidiũ,ſitis vehemēs, febris inſignis,vitioſorũ humorum vomitus.Hæc ſunt propria hepaticorũ accidentia:ſic enim nominari iã dixi eos, quibus viſceris ipſi⁹ vires fuerint imbecilles.Qua in re vulgus medicorũ errãs,hũc affectum putat eſſe dyſenteriã. Inflammationē autē alia(vt dictũ eſt)ſequũtur accidētia. Quũ itaq; ambo interdum affectus conueniãt, vtriuſq; accidentia ſimul apparere ſolent, quæ in prōptu medicũ habere oportet. Sic enim nō ſolũ laudabũt nos,ſed admirabũtur etiam ij, qui opera noſtra indiguerint, præſertim ſi accidētia quoq;,quę aliis morbis cōmunia ſunt, inſuper proſpexerimus. veluti quòd dolor ad nothas coſtas peruenit,quòd iugulus detrahi videtur,quòd ſpiratio parua redditur & frequens.Equidem quum primùm Romã veniſſem,magnificè admiratus eſt me Glauco philoſophus ob huiuſcemodi quãdam dignotionē.Etenim per viã mihi occurrens,opportunè(inquit) aduениſti,iungenſq; dextrã dextræ, proximi ſumus(inquit)laborãti,quē nuper vidi: itaque oro,vt vnà mecũ ad ipſum venias. eſt autē Siculus medicus, quē nō ita pridē mecũ ambulantem vidiſti.Ego verò, quid inquã moleſtat ipſum?Tum ille & copioſè admodùm & apertè id declarare aggreſſus

Gal.lib.5. de ſymp. cauſis.

Glauco philoſophus.

est.Neque enim adeò erat vafer, vt aliquid me celare posset. Quoniam heri(inquit)& Gorgias & Apelas mihi nuntiauerunt, notiones præsagiaq; edidisse te, quæ ad diuinationem potiùs, quàm ad medicinam pertinere videbantur: cupio equidem periculum facere, non adeò vt tuam experiar doctrinam, quàm vt sciam, num tanta sit in arte medica tum cognoscendi, tum præsagiendi facultas. Interim quum hęc diceret, venimus ad laborantis ostium, vt neque verbo eius prouocationi respondere, neq; etiam ea quę sæpenumerò me dicere audiuistis, effari possem: quòd scilicet multa interdū nobis feliciter facileq; apparent, interdum verò omnia sunt ambigua: atque idcirco & alteram & tertiam quoque considerationem expectámus. Itaq; in primo statim aditu obuiam nobis venit quidam peluim à cubiculo efferens, continentem tenuem cruoris saniē carnium nuper mactatarum ablutioni haud adsimilē euidentissimum affecti iecinoris indiciū, qua vix dum inspecta, vnà cum Glaucone ad medicum ingressus sum. Apprehendi itaque manum in carpo, id est brachiali, quò intelligerē vtrū inflāmatio, an sola imbecillitas esset in viscere. Quia verò (vt diximus) medicus erat: nuper(inquit) à deiectione decubui,

Affecti iecinoris indiciū euidētissimū ab excrementis per aluum deiectis.

bui,

bui, itaq; perpēde arterias ob id quòd surrexeram crebrius pulsare. Hæc quidē ille dixit, ego autem deprehendi inflāmationis indicium. Prospiciensque ad fenestrā, hyssopū ex aqua mulsa decoctum in olla cōsideraui. proinde cogitaui, medicum se pleuriticum esse putare, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflāmationibus aliquando accidere cōsueuit. Hunc itaq; quum sentiret, essetq; spiratio & parua & crebra, atq; exigua tussi infestaret, pleuriticū se esse existimabat. quamobrem hyssopum quoque ex aqua mulsa præparauerat. Intelligens itaq; ego, quòd fortuna viā mihi præberet, qua apud Glauconem clarum nomen adipisci possem, manum eius ad nothas in dextro laborantis latere costas detuli, indicatoq; loco, dixi eum ibi dolere. Quod cū ipse fateretur, Glauco ex solo arteriarum pulsu existimans me sedem affectam inuenisse, planè admirari me cœpit. Verū vt vehementius stuperet, hæc quoq; addidi: Quemadmodum hoc in loco dolere te cōfessus es, ita velim fatearis, etiā tussiendi cupiditate vexari te. etenim ex longis īteruallis tussis exigua, arida, & qua nihil expuis, molestare te solet: atq; ita me dicē te incepit fortè fortuna huiusmodi quadā

Prædicit Gal. corā Glaucone medicum quēdā nō pleuritide (vt putabat) sed iecoris affectu laborare.

tussis specie (qualem iam diximus) tussire: qua de re tãta admiratione Glauco cõmotus est, vt cõtinere sese non valens, magna voce exclamãdo, in laudes meas prorumperet. Tum ego: Nõ putetis (inquam) sola hæc ex arte posse præsagiri. Sunt em̃ alia quoque, quæ nunc dicere aggredior, quibus & laborãs ipse testimonium feret. Itaque rursus incipiens dixi: Quum magnam trahis spirationem, dolor ea parte quam notaui, vehementius te cruciat, sensisq́; in dextra præcordiorũ parte grauitatem. His auditis, ne infirmus quidẽ sese potuit cõtinere, quò minus præ vehemẽti admiratione, vnà cũ Glaucone exclamaret. Itaq; sentiẽs equidẽ arridentem mihi fortunam, de iugulo quoq;, quòd videlicet ad inferiora trahi videret̃, aliq̄d efferre volebam. At quia magnas inflãmationes, quemadmodùm & scirrhum, id comitari solet, dicere non sum ausus, veritus ne laudẽ quam anteà de me excitauerã, sauciarem. Quumq́; animum induxissem tutò me aliq̄d eloqui oportere, aspiciens laborantẽ, haud ita multò pòst (inquã) iugulũ ad infernas ꝑtes detrahi senties, nisi fortasse id iam anteà tibi euenerit. At cũ hoc quoq; fateret̃, conuersis equidẽ oculis ad ægrotantẽ mirificè attonitum, vna

(inquam)

(inquam) addéda eſt prædictis diuinatio. Etenim dicam, quam de morbo ſuo laborans ipſe habuerit ſuſpicionē. Tum Glauco, ne de hac quidē diuinatione deſperare ſe aiebat. Laborans autem incredibili hac pollicitatione in ſtuporē adductus, & acriter me intuēs, quid eſſem dicturus attenta mente expectabat. Igitur dicēte me, quòd infeſtantem morbum pleuritidem eſſe putaſſet, ille ingenti cum admiratione huius quoq; rei ſe teſtem exhibuit: id quod etiā affirmabat ex aſtantibus vnus, qui paulò antè latus eius ex oleo fouerat. Atque ex eo tēpore Glauco tum de me, tum de vniuerſa arte quā optimam concepit opinionem, quū anteà nihil magni ab arte expectaret, vtpote qui nunquā cum conſummatis in arte viris verſari conſueuiſſet. Hæc ideò dicere volui, vt intelligatis quæ accidentia cuilibet morbo ꝓpria ſint, & quæ aliis quoq; morbis communia, ac præterea quæ ab vtrolibet genere ſint inſeparabilia. Itē quæ magna ex parte & quæ rarò videri ſolent, atque ea quæ ancipitem habent euentū, vt ſi aliquando fortuna huiuſmodi vobis occaſionē qualē mihi fuiſſe oblatā iam dixi, præbeat, ea commodè vti ſciatis. Sæpe enim fortuna non contēnendā adipiſcendę laudis anſam ſuggerit,

Fortunæ non contēnenda.

ea tamē vulgus medicorum ob imperitiā vti nescit. Quanquam doctissimus quisq; quum accidentiū aliquod huiusmodi cōspexerit, haud difficulter reliqua quoq; inueniet: quorū alia quidem necessariò, alia verò magna ex parte, & locū affectum, & morbum ipsum sequuntur. Verùm meminisse debetis generaliū præceptorum, quæ & vniuersalia appellantur, & quæ multorum specialium cōmunia genera sunt, vt ea in particularibꝰ prouidè discernere discatis. Est igitur cōmunis sermo, quem inuenire proposui, de naturalibus facultatibus, quas in qualibet p̄te generatim quatuor esse didicistis: Primā voco attractricē, quę peculiares parti succos alēdi ipsam gratia, & appetere, & attrahere potest. Altera deinde est, quę alteratrix dicitur, qua succus attractus similis euadit parti quæ alitur. Huic aliæ duæ ministrāt: Retētrix, quæ suo munere fungitur, quando pars attractum succum coquit, donec in suam ipsius naturā eū mutauerit: Et expultrix, quādo à coctione, quod inutile est, excernit, idque excrementum vocatur. Has itaque facultates in qualibet affecta p̄te vtrū validæ sint, an infirmæ, cōsideretis hortor: vt in hepate, quoniā de hoc dicere īstituimus, vis attrahendi si quómodolibet affi-

Naturales facultates.

cia

ciatur, cibum in vẽtriculo iam in ſuccum tranſmutatũ relinquet, vt per aluum exactè confectus, liquidus, & haudquaquàm exiccatus excernatur. Atq; hoc quòd ipſa affecta ſit, ſignũ vobis erit. Quicq̃d enim ab aliquo tanquã à cauſa procedit, id etiã illius ſignum eſſe conſtat. Hunc affectum nõnulli ad meſaræum pertinere autumãt, vocantq́ue ſic laborantes meſeraicos, eò quòd vident cibum per venas meſaræo & meſenterio intextas, diſtribui, vt ſolebat, non poſſe: eodẽ ſeducti errore, quo ij qui manus eorũ, quos ſyncopa, vel ſtomachica, vel cardiaca ꝓſtrauit, affectas eſſe arbitrantur: vtpotè quæ haudquaquàm, vt anteà, munere ſuo fungantur. Q̃uippe iecur, meſaræi venis, veluti manibus, quę ex vẽtriculo ei cibum afferant, vtitur. Similiter etiã falluntur nonnulli, vbi crura reſoluta ſunt, ob affectũ aliquem, eam ſpinæ partem, quæ iuxta lũbos eſt, infeſtantẽ. quippe neglecta ſpina, cruribus remedia adhibẽt. Igit' ſi meſenteriũ vel inflãmatiõe, vel alio eiuſmodi affectu laboret, hũc propriè ad ipſum referemus: ſi verò iecur ob imbecillitatẽ per venas ſuas cibum allicere nequeat, nõ meſenterio (id eſt lactib⁹) ſed iecinori, remedia ſunt adaptãda. Quẽadmodum ne reſolutis quidem vel manibus, vel

Meſeraici.

Venæ meſeraicæ quid conferant iecori.

cruri

cruribus, ob affectũ qui in ſpina conſiſtit. *Meſenterij inflã-matio.* Verùm vbi vel inflãmatio, vel eryſipelas meſenterium afficit, haud ita difficile eſt diſcernere, ſi alui excremẽta diligẽter conſideres. Neque enim ſolùm qualia excerni diximus in iecinoris imbecillitate, quũ ad ſeſe cibũ trahere non poteſt, talia planè deiiciunt: ſed apparet etiam, veluti ab inflammatione, ſanies quædam admixta. Nam ab omni parte inflammata, cui ſpiſſum, craſſumq; tegmen non incumbit, in primis quidem tenuis ſanies defluit, quæ, concocta deinde inflammatione, & craſſior, & puri ſimilior redditur. Quum ergo nulla exiſtẽte in iecore inflãmatione, huiuſmodi quippiã, cum excrementis ſucci ſpeciem conſequutis deiicitur, in meſarę̨o affectum eſſe cenſendũ eſt. Igitur vt non potente ob imbecillitatem hepate ſúccũ à ventriculo attrahere, attrahendi facultas afficitur: ita quum retinere nequit, cõprehendens, continensq; facultas, infirma putãda eſt. Proinde inprimis quidẽ cruorẽ ſanioſum excerni videmus, poſteà verò craſſum, & fæculentũ. Similiter aliæ quædam eueniunt excretiones, non quidẽ ob imbecillitatẽ, ſed ob expultricis facultatis robur, ratione plenitudinis, & quidem ſæpenumerò integra etiamdũ conſtante va-

letu

letudine. Sic plærunq; pars aliqua, quum affecta eſt, per hepar purgat̃, viribus ipſius iam factis robuſtiorib⁹, q̃ppe cõcoctis in ipſa vitioſis humoribus, ſequit̃ excretio, ſed ita ſeq̃tur, vt vtiles humores retineã-tur, expellantur verò inutiles. Atque ſunt nõnulli qui huiuſmodi vacuationes nominent cruẽtas dyſenterias: quæ euenire ſolent quibuſdã, vel mutilato aliquo membro, aut vbi q̃s in exercitatione educatus, ad ociũ ſe conuerterit. Ac ſolet quoq; mulieribus retentis mẽſtruis huiuſmodi per ſedem vacuatio fieri. Atq; interdũ per vomitum quoq; eandem ob cauſam quibuſdã mulierib⁹. Verùm his ſyncerus ſanguis excernit̃, ſimilis ei qui ab hoſtia interfecta ꝓfundi conſueuit, modò infernè ꝑ alnum, modò per ſuperiores etiã partes. At per eryſipelata, & inflãmationes, accedente cõcoctione, vitioſus, cœnoſus, & putris, deiicitur. Atque vt in hepaticis affectibus (quãquàm raro) medicamentorũ auxilio, robuſtiore euadẽte iecinore, interdũ deiiciũtur excremẽta, tùm colore, tùm odore peſsima, purgato ita viſcere: ſic eodẽ modo vrinæ quoq; deteriores reddũtur, quibus imperiti Medici nonnunquã decepti, grauis morbi periculũ ſubeſſe arbitrãtur. Etem̃ quib⁹ ſine ratiocinatione, rudis dũ-

Ordo naturæ.

Cruenta dyſenteria.

taxat

taxat experientia suffragatur, de his quæ rarò eueniũt experimẽta habere non possunt, veluti eorum quæ sæpenumerò accidunt facilè meminerunt. Quòd autẽ protracto per longum spacium morbo, apparentibusq; notis concoctionis, huiusmodi fiant euacuationes, non semel dũtaxat, imò creberrimè, ex enarrationib⁹, quas in Hippocratis opera edidimus, didicistis. Igitur quẽadmodũ retentrix facultas quũ imbecillior est, ac rem quæ ipsam grauat, retinere nõ valet, vis expultrix id q̃ molestat euacuat: ita infirma expultrice, res quędã retineri solẽt, facultate retẽtrice nõ admodum grauata. Nam in quolibet instrumento, aliàs alia facultas, vel fortior fit, vel imbecillior, facta videlicet ad actionẽ relatione: si modò vniuscuiusq; facultatis rationẽ intellexerimus. Nam reuera tota semper particula, secundũ temperamẽti quod ei frequẽtius inest, agit proprietatem. Verùm aliquando rem grauantẽ sustinet, ac longo temporis tractu eã vincit, conficit, alterat, & cõcoquit: deinde rursus alio tempore, rei infestantis vel qualitatẽ, vel multitudinem ferre nõ valẽs, ad ipsius excretionẽ insurgit. Sicut ecõtrariò, quum interim admodum molestatur: ipsam rem molestantem deiicere cupiẽs, viribus grauissi-

nissimè prostratis, ob imbecillitatē id efficere non potest. Igitur hæc omnia in quouis naturali instrumento perpendere, atq; mentē in ipsis dignoscendis exercere debetis. Sic enim inuenietis partium quarundā affectus, anteà haudquaquàm indagatos, veluti ne folliculi quidē fel continentis. Si enī (vt ostēdimus) biliosum humorem ad se trahit, quemadmodū renes vti sanguinis serū, aut splen, id quod vini fæcibus, aut amurcæ similatur: accidit interdū, vt ob huius folliculi imbecillitatē, impurus fiat sanguis, atque idcirco alia eueniat regij morbi species, præter eas tres quas iā suprà ꝓposuimus. Ac nōnunquàm ita repletur etiā (quēadmodū vesica quæ vrinæ est conceptaculū) vt euacuari non possit, aut quia obstructꝰ est, aut quia secretoria ipsius facultas est imbecillior. Veluti etiā, quū obstructis, aut infirmis, vasis, quæ ab ipō exorta, ora sua in hepar extendūt, biliosum humorē interdū attrahere nō potest. Proinde excrementorū proprietatem in morbo regio cōsiderare, perquàm necessariū est. id enim non mediocre nobis ad huiusmodi notitias auxiliū suppeditabit. Hæc equidē considerans inueni quorundā regio morbo affectorum excremēta, flaua bile vehemēter colorata,

Excremētorū consideratio in morbo regio.

simi

ſimiliter etiã & vrinas:item per cutẽ quoque, vt nonnullis plurimũ flauæ bilis à balneo profundi, ita aliis plurimũ ipſius retineri, ac perquàm exiguũ effundi comperimus. Hanc rẽ ſi accuratiori experimento intelligere volueritis, nulla prius adhibita vnctione, homini ſudorem ſtrigili auferri iubete: videbitis profectò nõ eodẽ modo in omnibus, ſtrigilis concauitatẽ impleri, vtpotè quod in aliis magis aquoſum, atq; in aliis magisølioſum eſt. Itaq; loci affecti notitia vobis multò erit dilucidior, ſi cũ prædictis, hãc quoq; notitiã adiiciatis. Quidã enim acuta bilioſaque febre laborans, die ſeptimo multa flaua bile ad cutẽ tranſmiſſa, à morbo liberatus eſt, mãſitq; ſequẽtibus deinde dieb⁹ auriginoſus. Itaque & excrementa, & vrinas conſiderauimus: vtriſq; verò ſecundũ naturã ſe habẽtibus, atq; ob eã cauſam nullũ viſceris affectum declarantibus, venit in mentẽ, fieri poſſe, quòd tranſlata in cutem bilis craſſior eſſet, qua ratione ꝓmotus, diſcere voluì qualíſnam eſſet ſudor: illo autẽ apparente aquoſo, conieci bilem eſſe, diſsipari contumacem, præcepi itaque laboranti, vt aqua ſuapte natura calida, & cui diſcutiẽdi vis eſſet, vteret, ac prætereà victũ adhiberet humidiorẽ, qui humorum craſsitu-

Morbus regius poſt febrẽ acutam ſuccedens.

dinem

dinem moderatè poſſet extenuare. Hic autem bonam valetudinem cõſequutus eſt, vnico auxilio, & notitia cõfirmata, & curatione abſoluta. Quinetiã alium multã in ſtrigili bilem relinquere vidimus, vnde eã plurimã in vniuerſo corpore procreari perpẽdentes, ipſum adhibita idonea curatione ſanauimus. Quibus verò citra febrim morbꝰ regius accidit, vrgẽte in dextra præcordiorũ parte grauitatis cuiuſdã ſenſu, iis oĩbus aperiẽs (vt ſcitis) obſtructiones, & cibis & potibus & medicamentis extenuãtibus, deinde medicamentum qđ bilem ducere poſſet exhibẽs, eorũ plurimos vna die ſanitati reſtituimus. Qui verò purgatione liberari nõ potuerũt, iis rurſus valẽtiore ad aperiendũ data potione, medicamentũ quod vehemẽtius purgaret, exhibui. Sic deinde ſub fine purgationis, vel cærulea, vel flaua bilis, cũ acri mordacitate ſecernebat᷑. In iis cõieci fellis folliculũ, ſimili quopiam affectu laborare, qualis in veſica exuberãte vrina interdum fieri ſolet. etenim adeò multam nonnunquàm recipit, vt nimis intẽta nequeat eam quæ in ipſa continetur, expellere. Verùm in vrinæ receptaculo (neque enim abſurdum fuerit, veſicam ita nominare) bifariam id fieri ſolet. Interdum ob

Morbus regius citra febrẽ quomodo curatur.

Folliculi fellis imbecillitas

Veſicæ affectus ob imbecillitatem.

excretoriæ facultatis imbecillitatem: Interdum vel ob grauem ſomnum, vel negotia quæpiam, retentâ vltrà quàm par eſt vrina: quę deinde veſicam nimis intēdēs, hac ipſa ratione vires eius proſternere poteſt. At fellis folliculus, vtpotè cui nullũ ſuccurrit ab animali facultate præſidium, vnicum habet imbecillitatis principium, veluti cætera quoque naturalia inſtrumenta, à partis intemperie ortum.

LIBRI QVINTI
FINIS.

CL. GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA.

LIBER VI.

*

Hoc postremo libro absoluit artem qua è notis lienem affectum, ventriculum, intestina, renes, vesicam, vterum & colem intelligas.

De affectibus lienis. CAPVT I.



EX iis quæ de iecinore diximus, facilè inuenientur notæ, quibus lienis affectus discernātur. Hoc addito, ꝙ ipsius inflāmationes ob duritiē, facilè tangendo deprehendantur. Quum itaq; splen multa habeat accidētia cū hepate cōmunia: illa, nulla re differre videntur, nisi quòd quædam magis, quædam verò minus, alterutri euenire solent. Nā quod ad coloris rationem pertinet, vniuersum corpus, vbi splen imbecillitate affectus est, magis nigricare videt᷑. Nā hoc ei natura officiū dedit, vt melancholicū sanguinē ex hepate ad sese attrahat, quo ipsum ali iam demōstratū est. Igitur attrahendi facultate facta imbecilliore, sanguis ex iecore in vniuersum corpus

Notæ quibus discernantur lienis affectus.

Officium lienis.

impurus transmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quinetiam hepatis exẽplo, sæpenumerò excremẽta quædã ex se reiicit. Itaque vomitione, cui nausea quoque accedit, melancholicũ sanguinẽ excernit: qui interdũ per inferiora quoque decedere videtur. At huiusmodi vacuatione suppressa, nõnulli † mœstitia melãcholica vexantur, atq; cibos auidissimè concupiscũt: idq́; præcipuè si valde fuerint acida, quæ ad ventriculũ transferuntur excrementa. Quanquã nonnunquã † euersa deiectaq́; penitus cupiditate, cibum fastidiunt, alia quadam vrgente ipsum, affectionũ differentia. Quòd verò indurato ipso, aqua inter cutẽ succedere possit, cõsentiente iecinore, iam anteà dictũ est. Quinetiã laborante aliquando vtroque viscere, regium morbum euenire conspeximus, nigriore, quàm pro consuetudine, subsequẽte colore, ita vt putaretur flaua bilis fulgini esse permixta, atque medici quidã iecur nullo affectu tùm laborare existimantes, dubitant quomodo à splene morbus regius nasci possit. Quẽadmodum sunt, qui à solo liene indurato, nullo existẽte in iecinore vitio, aquã inter cutẽ fieri posse arbitrantur. Haud secus hallucinari cõsueuerũt, in ea quoque aquæ inter cutẽ specie, quę ad acutos

† ἀθυμίας τε καὶ δυσθυμίας μελαγχολικάς.

† ἀνατρέπεται καὶ ὑπέστιασμένον.

Quid, ἀνατροπὴ quid ὑποστιασμὸς, quæq; eorũ causa 8. de cõpositione medicamẽtorũ κατὰ τόπους.

Morbus regius ex affecto liene & iecore.

acutos morbos ſequitur. quippe ab iis iecur, calida, & ſæpenumero ſicca quoq; intemperie tã grauiter afficitur, vt cibum in ſanguinem tranſmutare nequeat. At q̃ ne in iis quidẽ iecur affici exiſtimant: ab Eraſiſtrato accepta cõſuetudine, vt nullã partem affici arbitrẽtur, niſi vel tumor quiſpiam, vel vlcus in ipſo cõſiſtat. Verùm id illis concedendũ eſt, qui exiſtiment nullũ ab intemperie morbũ fieri. At Medici qui ſequuntur ea, quæ manifeſtè apparẽt qui & refrigerata parte quapiã: accidẽtia quędam fieri ſuſpicantur, admiratione digni ſunt, quòd aquã inter cutẽ conſiſtere poſſe putant, ne vnico quidẽ loco affecto. Si enim ob id, quòd nullus eſt in hepate tumor, ipſum haudquaquã affectũ eſſe exiſtimant: neque aliarum partiũ vlla afficietur, in his qui aqua frigida vitioſa epota, mox aqua inter cutẽ corripiũtur: quippe noxam infert internis partibus aqua ſic ingeſta, aliâs aliis, ſed præcipuè & in primis ei, quę fortè fortuna eo tẽpore reliq̃s fuerit imbecillior. Verùm niſi ad iecur frigus tranſmittatur, aqua inter cutẽ ſubſequi poteſt minimè. Sic ſplenis quoque vitio aqua inter cutẽ nonnunquam euenire cõſueuit: aut vbi cũ tumore refrigeratum eſt, ſicut in ſcirrhis, aut vbi citra tumorẽ

Aquæ vitioſæ frigidæ potio.

Splenis vitio, aqua intercutẽ.

refrigeratum eſt, vt quum quis aquã frigidã,& vitioſam, affatim & importunè potauerit. Quòd verò melancholica mœſtitia, ipſo huiuſmodi excrementa ad os ventriculi tranſmittẽte, proueniat, anteà, vbi de ore ventriculi tractauimus, iam dictũ eſt: quãobrẽ in hoc viſcere diutius nobis immorandũ non eſt: cùm eius inſtrumentales affectus rationali dignotione non indigeant: qui verò ab intemperie proficiſcũtur, partim ex his quæ iam diximus, partim ex ea doctrina quã ſuprà de iecinore propoſuimus, noti ſint. Nã alij quidem nominatim ſunt explicati: alij verò qui ſimiliter vt illi cõſiſtunt, ſimilẽ quoque habebunt dignotionem.

Melãcholica mœſtitia ab affecto liene.

De ventriculi & inteſtinorum affectibus.

CAP. II.

Partes vẽtriculi.

QVum de ventriculi affectibus, ſuperiore libro loqueremur, in duas maximas ipſum partes ſecari diximus: quarũ altera quæ ſuperior eſt, gulæ continua eſt, ex multis neruis ſenſificis cõtexta: altera verò huic cõtinua, ad inteſtinorũ vſq; exortũ extenditur. Porrò ſicut vtraque in animalib⁹ proprio munere fungitur, ac ꝓ vtilitatis differentia diuerſa eis eueniunt accidẽtia: ad eundẽ modũ quicunq; affectus cõmuniter tum ſimilaribus, tum inſtru

ſtrumentalibus partibus aduenire ſolent, ij etiã iis, tũ inter ſe, tùm etiã cum vniuerſis inteſtinis, cõmunes eſſe cenſentur. Verùm accidentiũ ſimilitudo, non ſolùm in iis inter ſe, ſed etiã in vicinis quoq; partibus, quæ ipſa attingunt, inuenitur: qualis eſt renũ, & coli cõmunicatio: atq; horum nõnulla ſedem affectam habent cognitu facilẽ, vt dyſenteria, & tineſmus. Sanè in præſentia nomẽ dyſenteriæ propriè audire oportet, vtpotè quod ex appellatione ipſa, inteſtinorum vlcus ſignificat. Neque enim repente & affatim fit huiuſmodi affectus, id quod in eo quẽ hepatis vitio accidere dixim⁹, fieri ſolet, atq; ꝓprias etiã habet notas. Etenim protinus ab ipſi⁹ initio, bilis mordax ſecernit̃, quã deinde interaneorũ abraſiones ſequunt̃, poſteà paulũ cruoris ſimul excerni videtur, quãdo videlicet affect⁹ ipſe iã dyſenteria eſſe cenſet̃. Quũ itaq; huiuſmodi abraſiones ſolę excernũtur, cõſiderandũ eſt, nũ pingue quippiam ſimul cũ ipſis deiiciatur, ita enim in craſſis inteſtinis vlcus cõſiſtere credendũ eſt. Vbi verò cruorẽ quoq; excerni videris, intueri oportet vtrũ is reliquis excrementis ita ſit admixtus, vt vniuerſus miſceatur vniuerſis, an pars ei⁹ aliqua reliqs ſupernatet, etenim ſi admixtus eſt, in ſu-

Dyſenteria ꝓpriè vocata.

Excremẽtorũ in dyſenteria cõſideratio.

perioribus: ſi verò ſupernatat, in humilioribus inteſtinis vlcus eſſe portēdit. Ac idē quoq; in abraſis excremētis videre eſt, verùm non ita manifeſtè vt in cruore. Similis etiā ſi ramentū excernatur, ratio eſt. nā & ipſa, quòd inteſtinū fuerit oblæſum declarant: tum ab eſſentia propria, tū ex modo, quo vel cōmiſceri reliquis excremētis vel vni eorū parti ſupernatare videntur. Cæterùm nō mediocriter conducit ad curationem, noſſe in qua inteſtinorū parte conſiſtat vlcus. Nā ſi in ſuperioribus inteſtinis eſt, ab epotis medicamētis præſidiū petendū eſt: ſi verò in humilioribus, clyſterem ſubiicere magis cōuenit. At huiuſmodi dyſenteriæ, ab his quæ ab hepate profluunt, ita diſcernūtur: Nam ab initio tenuis ſanies ſanguinis ab hepate deiicitur, deinde aucto malo, craſſus humor, fæcibus vini haud abſimilis. Prætereà ꝙ in hepaticis excretionib⁹ nihil abraſum expellitur, atq; interdū duorū aut triū dierū interuallo, ſupprimitur euacuatio. deinde rurſus redit malū, atque excernuntur excrementa prioribus multò peiora. id verò per inteſtinorū vlcera haudquaquam apparet, quippe in his neq; affatim neq; ex longis temporū interuallis, laborātes deiicere conſueuerunt. Atque vlcera quæ in

Dyſenteriæ hepaticæ ſigna

De excretionibus quas περιπλύσεις vocauit Hippocrates primo Prorrhe. Gal.

recto

Tineſmus.

recto inteſtino oriūtur (tineſmum vocāt) vehementi quidem tenſione, & prompta deiiciendi cupiditate infeſtāt, paucis admodū ſequentibus excremētis, quæ quidē ab initio pituitoſa & pinguia, progreſſu verò tēporis etiā ramenti ſpecie deiiciuntur: ſed per totum morbi ſpatium, iis quæ à ſupernis deſcēdunt, haudquaquā miſceri vidētur. Scribunt nonnulli quòd à forti excernēdi conatu, præcedēte dolore vehementi, aliqui lapides calloſos deiecerūt, iis qui in veſica naſcūtur haud abſimiles: id quod ego neque vidi, neque alium qui viderit vnquam audiui. Sed coli vehemētem dolorem ſæpenumerò cōſpexi, medicis illū non ad colum, ſed ad renes pertinere putantibus. veluti renum quoq; cruciatus, ad colū referre videntur. Sunt qui omninò negent in ſiniſtris partibus, colicam diſpoſitionē euenire poſſe. Igitur vt ab initio, horū affectuum diſtinctio difficilis eſt, ita hoc tempore, non ita magnā præſidiorum differentiam ipſi requirunt.

Lapis ex ano per tineſmū eiectus.

Itaque accidentia, quorum magna eſt in his affectibus copia, diligēter intueri oportet. Nam & nauſea & vomitus vrgent, ſed multò grauiores & magis aſſidui, dolēte colo. Euomuntq; ita laborātes, pituitoſa quędam atq; corrupta, hac in re nephriti-

Colicū affectū quomodo diſcernas à nephritide.

cos longè ſuperantes, ac retinent etiã magis excreméta, vt ne flatũ quidem neque etiam ructũ, excernere poſſint. Sępenumerò etiã veluti circuire videtur dolor, atq; plurima loca occupáre, qui modò in hac, modò in illa parte vehemẽtior fit: nephritici verò dolores, eodem in loco ſtabiles, iugiter infeſtant. Quũ itaq; dolor in loco fuerit renib⁹ altiore, manifeſtũ colicę indiciũ portẽdit. Si verò in vno loco, vbi ſcilicet renes ponũtur, ſtabilis cõſtiterit, nihil ad notitiã poteſt poſitus ipſe cõferre. proinde cũ his notis, quas nuper percurrimus, vrinæ quoque conſiderandę ſunt. Nã nephritici, ab initio dilutas, puraſq; reddunt vrinas, deinde ſequẽtibus diebus, inæquale aliquid in ipſis ſubſidere videtur. Demũ omninò arenoſæ mingũtur. At in colica, ſi quid ab aluo deiicitur, id flatuoſum quodãmodo eſt, & ſępenumero aquę ſupernatare cõſueuit, ſimilẽ habẽs bubulò ſtercori conſiſtentiã. Quinetiã colicorum cruciatus multò magis quàm nephriticorũ, laxantibus mitigãtur clyſteribus. Atque euenit interdum, vt frigido aliquo humore ſimul eiecto, illico qeſcãt, eritq; mitigans præſidiũ, nõ mitigans tantùm, ſed etiam curatiuũ & diagnoſticũ. Porrò vt hi frigidum humorẽ aluo excernente,

Nephriticorum ſigna, quantum à colicis differant.

ita

ita nephritici cũ vrina lapide exeunte, & à dolore liberantur, & simul locũ affectum ostendunt. Itaq; nihil relinquitur, nisi vt prouideatur, ne posteà tã facilè affici possint. Nã vt perseuerãte dolore, vtraq; pars eisdẽ indiget præsidiis, ita tempore subsequente oportet diuersa auxilia adhibere. Quapropter nullũ, quod ad curationis rationem pertinet, cõmitteris errorem, si in prima protinus horum morborum accessione, eos difficulter discernatis, eò quòd tũ neq; extrinsecus, neq; intrinsecus, differẽtibꝰ egẽt auxiliis, quòd satis sit, ea q̃ dolorem lenire possint, adhibere. Cùm autẽ omnia intestina à vẽtriculo ordine quodã descendant atq; omniũ supremũ ieiunum sit: deinde quod tenue vocatur posteà cæcũ, quod vsq; ad infernas partes extẽditur: deinde colũ, quod ad superiores reuertit̃ partes, donec sæpenumerò & lienẽ, & iecur attingat: satis mirari nõ possum, quomodo nõ solũ Medici ferè oẽs, sed etiam populares, vehemẽtissimos quosq; dolores, in quacunq; parte euenerint, ad colum referant. Id quod mihi quoq; verisimile visum est. Sed quum causam quærerẽ, cur tam vehemẽs, tamq; perseuerans esset dolor, nõ simpliciter huic assertioni credere potui. Neque enim similiter, vt in renibꝰ,

Intestinorum ordo.

atque

atq; vreteris, impacto lapide, ingentes dolores in trãsitu excitãtur, sic & in tenuibus intestinis, rationi consentaneum esse cẽsebis, frigidos spiritus retẽtos, atq; similes iis humores dolorẽ in ipsis efficere. Nam tenuium intestinorũ tunicæ, rara tenuiq; essentia cõstant, vt nõ ita diu huiusmodi causas cõtinere possint. Ergo probabile est, frigidum, eũdemq; crassum, aut viscosum humorẽ, aut flatuosum spiritum, in corpore crasso densoq; genitũ, sed egredi nequeuntẽ, dolorẽ excitare: vehementem quidem, geminam ob causam, intemperantiam, & corporum quibus cõtinetur tentionẽ: longum verò, quia difficulter vacuatur. Nam corpora ambientia, tùm ob crassitudinem tùm spissitudinẽ, ipsum arcere possunt. Atque interdum alij quoq; dolores, & quidẽ vehemẽtissimi in sublimioribꝰ intestinorũ partibus eueniũt, grauiter vomitionibus cruciantes, adeò vt nõnulli sub fine, stercus quoq; euomere cõspiciantur, à quo affectu vix vnquàm aliquis potuit sanus euadere. hunc ἰλεὸν (id est voluulum) vocãt: nonnulli etiam chordapsum, quum scilicet tumor

Tenuiorũ intestinorũ dolor.

Sublimiorum intestinorum dolores.

vt Diocles Charistius qui χόρδαψον intestini tenuioris morbum, ἰλεὸν verò plenioris, alij contra eius accidentia ex tertio ἐπιδ. licet colligere in historia mulieris, quæ apud Tisaneum laborabat. Cor. Cels.

aliquis

aliquis eminet, in tenuium inteſtinorũ parte, vt videatur inteſtinum ad chordę ſimilitudinem conuolutum. Itaque non ab re viſum eſt Medicis antiquioribꝰ, vel ab inflãmatione vel obſtructione aridi ſtercoris, huiuſmodi tenuiũ inteſtinorũ affectus oriri. Sũt alia quoque accidẽtia, quæ quidem haud abſurdè, & inteſtinis, & ventriculo, ſimul affectis euenire credũtur, vt quas λειεντερίας (id eſt læuitates inteſtinorum) & κοιλιακὰς (id eſt ventrales diſpoſitiones) nominant: quũ videlicet materiæ nequaquã ſunt mordaces. Nam vt mordaces, ob mordẽdi vim, omnia inteſtina ad excretionem excitant: ita non mordaces inteſtinorũ imbecillitatem ſequi conſueuerũt: quia retinere contenta, ne exiguo quidem tempore poſſunt. Siquidẽ illicò excernunt ea, perinde ac ſi graue aliquod onus deponerẽt. Haud ſecus quàm in ſtranguria contingit. Nam & in hac modò ob acrimoniã, & vellicationẽ, veſica iugiter, quicquid ad eam peruenit, ſecernit: modò ob id quod molẽ ipſius vel exiguã, ſuſtinere nequit. Cæterũ à quibus cauſis inteſtinorũ læuitas proueniat, alibi particulatim oſtẽdimus, præter ea quæ in libris de Curãdi via & ratione, de Naturalibus facultatibꝰ, & de Accidẽtiũ cauſis, iã dixeramus. Etenim hunc librum

Cœliaca diſpoſitio.

Stranguria.

non

non incepimus, vt cauſas quę morbos efficiunt, ſed vt affectorum locorum, qui & tactus & viſus iudicium effugiũt, notas perſtringeremus. At quia ad exactã horũ notitiam, etiam de ipſis diſpoſitionibus interdũ aliquid dicere coactus ſum, idcirco de cauſis quoque, quæ ipſas efficiunt, mentionem facere nõ ſum grauatus. Itaq; ſermoni de inteſtinorum affectibus finem imponamus. Sũt enim in ipſis affectus quidã cognitu faciles, qui ſcilicet cũ prædictis cõmunes habent notas. Nam abſceſſuũ, inflãmationum, ſcirrhorum, inflationũ, eryſipelatum indicia, omnibus cognita, quum in ventriculi locis apparẽt, & affectus ipſius atq; ſimul affectæ ſedis notitiã oſtẽdunt. Sed de iis iam anteà ſatis dictum eſt.

De renum affectibus. CAP. III.

Nephritici dolor. Nauſeæ multitudo & magnitudo, colicum affectum à nephritide diſtinguit.

IGitur cùm derepentè nephritis inciderit, lapide notatu digno, vel in renum aliquo, vel in vreteris impacto, dolorem excitat, colico haud abſimilem. Verùm diſtinguitur ab eo, ex nauſeæ tùm multitudine, tùm magnitudine. Suntque per vomitum reiecta & bilioſa, & pituitoſa, quibus præaſſumpti quoq; cibi aliquid admixtum videtur: ſæpenumerò etiam ex loco, quum ſuperiores coli partes afficiũtur. Atque ex

eo

eo interdum, quòd non vni loco dolor innititur, ſed reuoluitur, & ad plurimas extẽditur partes. præterea quòd ne flatus quidem tranſmittitur. Atque omnia hæc colicis duntaxat euenire ſolent, ſed alia quidem magis, alia verò minus. Quum verò ex his quæ in vrinis reſident, aut lapide cũ vrina excreto, planè diſcerni poſsũt nullus relinquitur quæſtioni locus. Sunt non pauci laborantium, qui dolorem modicum in profundo lumbrum infeſtantem ſentiunt, quamuis ab initio nondũ ſabuloſum quippiam manifeſtè excernatur. Quibus (vt ſcitis) dato medicamẽto, quod lapidem in renibus conterere poſſet, ſimul & affectum ipſum, & ſedẽ affectam cognouimus, atq; ipſum habuim⁹ curationis principiũ. Quũ enim à medicamenti potione, in vrinis ſabuloſa quædã ſubſidere conſpicerẽ, nephriticum affectũ eſſe cognoui: atq; deinceps eadem medicamenta exhibẽdo, reliquam perfeci curationem. Quumq; renẽ quempiam ita affectum eſſe cognoueris, ſi dolores cum horrore interpolato, varióque infeſtare videãtur, ſequãturq; febres quædã inordinatæ, tum pronum in ventrem decumbere, atq; interdũ in alterum latus, vt ſublimis ſit affectæ partis poſitus, laborantẽ ſeſe vertere iube, ac deinde interroga,

Renum abſceſſus indicia.

num

num circa renem dolentem veluti suspensi cuiusdã ponderis sensum percipiat. etenim quum hæc ei acciderint, abscessum iã collectum coniicere oportet: quo cõcocto: pus mictum, vt laborãtem à dolore liberat, ita vlceris in rene periculũ affert: proinde exacto studio laborandum est, vt inducatur cicatrice, quod nisi illicò contigerit difficiliorẽ reddet curationẽ. porrò perseuerãtis vlceris notæ, ex vrina haud obscurè deprehẽduntur. adde quòd laborans creberrimè in affecto rene dolorẽ sentit, atque interdum cum vrina exiguum pus, veluti ab vlcere excernitur. Similiter ramẽtum nõnunquàm cũ vrina expelli videtur Ac interim sanguis quoque, qui erosi iam vlceris indicium est. Quanquàm rupto aliquãdo vase, aut ob plenitudinẽ, aut causam, aut vehemẽtem ictum, nõnulli magnam sanguinis copiam meiẽdo profuderũt. Id quod aperto interdum venæ alicuius ore, fieri videre est. Sed efficacissima vlceratorũ renum cõiectura est, si cum vrina exiguæ quędam carunculæ excernãtur, vtpotè quas renum essentiæ partes, easq; ob vehementem vlceris erosionem auulsas esse constat. Ea verò quę pilis similia sunt, Hippocrates quoque cum vrinis excerni vidit, quemadmodùm in Aphorismis scripsit: ac ipsi etiam

Vlceris perseuerantis in renibus notæ.

Lib. 4. Apho. 76.

Carunculæ in vrina.

Pilis similia quædã in vrinis.

vidi

vidimus aliquādo, quæ ſemipedis longitudinem æquarent, interdum etiā iis longiora. Quæ nōnunquam adeò videbantur exigua, vt mirarer quomodo in renum ſpacio talia poſſent cōſiſtere: proinde probabilius mihi videbatur in venis huiuſcemodi res procreari. Quēadmodùm in quodam Arabiæ loco (vt aiunt) in tibiis hominum dracunculi vocari naſcuntur: neruoſa naturâ, colore, craſſitudineq; lūbricis ſimiles. Igitur quum multos audiuerim qui ſeſe vidiſſe eos dicerent, ipſe verò nunquàm viderim: idcirco neq; de ortu, neque de eſſentia ipſorum quicquam exactè coniicere poſſum. At vbi pilos meiendo excretos vidi, tū ex colore, tùm ex mole, credidi dicentibus eos ex craſſa, lentaq; materia, quam calor calfecit exiccauitq;, in venis cōſiſtere. quanquàm longitudinis ipſorum cauſam non intelligo. Verùm quum primùm eos vidiſſem, curationem à medicamentis quę vrinam ciere poſſent, tentaui: quam poſteà experientia comprobauit. Omnes verò quotquot huiuſmodi affectu laborare cōſueuerunt, neque ante ipſum, neque rurſus poſt ipſum nephritico aliquo accidēte fuerunt moleſtati. etenim curati fuerunt medicamentis quæ ciere vrinam poſſunt. Verùm etiam ſi alia quæpiam humorū vitia,

Dracūculus, à bar babaris vena meden nominatur.

In India & regionibus ſupra Aegyptū. Pau. Aē. in India & Aethopia.

Puris excretio per vrinas.

à venis per vrinã expurgẽtur, quemadmodum ſi puris quoque multa fiat per vrinas excretio, nihil ab iis vel renes, vel veſicã, vel vreteras, moleſtari cognouimus. Cæterùm in hac re non parum cum inteſtinis conuenire videtur, quæ in hepaticis diſpoſitionibus nihil lædantur, licet à bile ſyncera lædantur, veluti veſica quoque, vbi longo tempore acres per ipſam vrinæ trãſeunt, vlceribus affici ſolet. Eſt etiam alius

Renũ imbecillitas.

renum affectus, quo tenuis ſanies ſanguinis mingitur, ſimilis excremẽtis quæ in hepaticorum affectum initio excernũtur, niſi quòd magis videtur cruẽta: cuius rei cauſa eſt diſpoſitio haud abſimilis ei qualẽ in iecore diximus imbecillitatẽ eſſe: Inſuper quum ora, aut meatus (vtcunque nominare volueris) per quos ex cõcaua vena in renes vrina percolatur, ſupra modũ dilatantur. Atque ad renes quoque pertinere is vi-

Hydrops matellæ. Vrinæ profluuium. Diabetes. Dipſacos.

detur affectus, quem alij hydropem matellæ, alij vrinæ profluuium, alij diabetẽ, alij dipſacon appellant: qui certè quàm rariſſimè venire ſolet. Equidẽ cũ antehac bis dũtaxat videre potui, ſupra modum videlicet ſitientibus infirmis, atque ſubinde bibentibus: quapropter exhuberãter quoq; reddũt id quod biberũt, eo à ſua qualitate nõ mutato. Atque hic renum, veſicæq; affectus ſi-

mi

milis eſt ventriculi inteſtinorumq́ue læuitati. Sed de inteſtinorum læuitate, alibi ſeparatim iam dictũ eſt: vbi oſtẽdimus non ventriculum duntaxat, ſed vniuerſa quoq; inteſtina ad excretionẽ, tum ciborũ, tum potuum aſſumptorum, celeriter excitari, adeò quòd ne pauxillo quidem tẽpore, citra moleſtiã, ferre poſſint, ipſorũ aut pondus aut qualitatem. At quòd affatim, celeriterq́ue ad veſicã vrina defertur, id neque ad vẽtriculi, neq; inteſtini ieiuni, neq; tenuis, imbecillitatẽ tanquàm cauſam referẽdum eſt. Si enim ob id quòd potũ ſuſtinere nõ poſſunt, ad excretionẽ properãt, quid obſtat quò minus per ſedem excernatur? id quod in læuitatibus inteſtinorum fieri planè videtur. Neq; enim cibus duntaxat tam celeriter per tam longam inteſtinorũ conuolutionem tranſiẽs deiicitur, verũ etiam ea quæ epota fuere. Porrò tranſmiſſionem à totius ventris partibus, ad hepar didicimus, neque per hepatis, aut venarũ in lactibus, aut vẽtre quomodò neq; per earũ quę ab hepate exortæ ad renes tendunt, imbecillitatem, fieri. Quippe in libris de Naturalibus facultatib⁹, iã oſtẽſum eſt iecur ex ventriculo per meſenterij venas, veluti arbores à terra per radices, cibũ ad ſeſe allicere ſic etiã renes id quod aquoſum in ſan

Diadoſis à vẽtre ad hepar.

Veſica nõ trahit à renibus.

Inteſtina nõ trahũt ſuccum à ventriculo.

Dodecadactylos.

guine eſt. Verùm veſicam nõ trahere à renibus, quẽadmodùm neq; inteſtina à ventriculo, ſed renes quidem per vreteras excernẽdo in veſicã mittere, ventriculum autem in ieiunũ, per eam partem quam Erophilus dodecadactylon vocat, à duodecim digitorũ longitudine nomen ei imponẽs. Itaque renum potiùs imbecillitas accuſanda eſt, vtpote qui cõtinere diutiùs vrinam nõ valent, non verò aliarum partium, per quas potus tranſire ſolet. Sed rurſus reprehendẽdo dicet quiſpiam, quum infirmi fuerint renes, quomodo fieri poteſt, vt tã celeriter vrinã ad ſe attrahant? an dicere poſſumus, quemadmodùm in ventriculo quibuſdam lientericis vehementiſſima excitatur ciborum cupiditas: ita in renibus quoque cupiditatem ſimul oriri [vehemẽtem] atque hanc ob cauſam eos vrinã per concauam venã ad ſeſe trahere, ſed illicò ab attractionis impetu grauari? Etenim quẽadmodum in his qui canina vocata appetentia vexantur, videmus vt affatim impleti paulò pòſt aut euomant, aut fluore deiiciant: id quod nõ ſolùm iis qui præter naturã ſe habẽt, accidere ſolet, verùm etiam animalibus quibuſdã integrâ valetudine degẽtibus, vt in auiculis quas noſtrates in Aſia ſeleucidas vocant, videre eſt: quippe

Quomodo renes tam celeriter vrinã ad ſe attrahant.

Appetentia canina.

Seleucides auiculæ.

quæ

quæ iugiter locuſtas edũt, eaſque celeriter excernunt. Ac in aliis quoque animãtibus huiuſmodi accidens naturale videtur. Vt igitur canina cupiditas in ore ventriculi conſiſtens, non potente ipſo deuoratorum pondus ſuſtinere, multa impetuosè ingerere, atque ea celeriter excernere cogit: Ita in renibus quoque accidit ſeroſæ humiditatis cupiditas, vnà cum virium imbecillitate, vnde & humiditatem affatim attrahere, ac eã deinde in veſicã impellere coguntur. Sed quæres fortaſſe, quamobrem vrinę fluor ſubitò euenire poteſt, læuitas inteſtinorũ non poteſt: veluti neq; canina cupiditas, ſed pluriũ dierũ numero opus eſt. Nã affectus initium ab incremento, incrementum à vigore diſtinguitur. Quoniam ventriculi cupiditas, qua cibum potumque appetit, animale officiũ eſt, quo citra ſenſum noſtrum nequaquàm fungitur. Renum verò deſiderium naturale eſt, neque ab ipſo ſenſus noſtri afficiuntur. Proinde quum ad ſtatum peruenit, ne ſenſum quidẽ mouet, quemadmodùm appetẽtia canina. Quare rationi conſentaneum videtur, vt quum inceperit, paulatim increſcat. In primis enim trahit ſanguinis ſerũ ex venis vel nihil nobis ſentiẽtibus, quẽ quũ totum attraxerit, videaturque ſanguis in venis, huiuſ-

Seroſæ humiditatis cupiditas nimia in renibus.

Renũ deſideriũ naturale.

Quare vrinæ fluor ſubitò eueniat in renibus.

modi humiditate ſpoliatus, exiccata tum vaſa humorẽ trahũt ex hepate, deinde hoc ex inteſtinis & ventriculo. Quum itaque exiccatæ fuerint venæ, quæ in ore vẽtriculi ſunt, potum deſiderat homo, vtpote diſpoſitionem ipſam tum primum ſentiens, deinde exhibitam potionem venæ ex hepate ad ventriculum venientes, vtpote aridæ, totam rapiunt, atque ex his aliæ deinceps, donec ad renes perueniat tranſſumptio. quippe in libris de Naturalibus facultatibus, dictũ eſt, nõ *ſolũ* potionẽ, verũ etiã cibum trãſſumptione per attractionem facta, per vniuerſum corpus deferri. Igitur hic affectus quod ad tranſitus celeritatem pertinet, perſimilis eſt inteſtinorum læuitati: atque etiã quòd renum diſpoſitio ventriculi diſpoſitioni eadem ſit. Verùm hoc vno inter ſe differunt, quòd quæ ante renes fit lationis actio, in naturalibus numeretur, attractoria facultate ſucceſſiõe agẽte. atque hac ratione inter ſeſe nõnihil differũt, quãuis in vna re ſimilitudo inueniatur. quippe ex cõcaua vena ad renes attractio, primę deglutitioni eorum quę ex ore in vẽtriculũ deferũtur, haud abſimilis eſt. At verò actiones quæ hanc antecedũt, ad vrinæ fluorem propriè pertinent. Non rectè autem putaſſe quoſdam, diabetem veluti

Renũ diſpoſitio quid differat ab inteſtinorũ & ventriculi diſpoſitione.

Diabete ad ventriculum nõ pertinet.

luti caninam cupiditatem, ad ventriculũ pertinere, hinc manifeſtũ eſt. Nã qui præ nimia ſiti ventriculũ impleuerunt, ſeruare potionem longo tempore poſſunt. Sed vehemẽti ſiti laborãtes quatuor accidentium periculum à potione ſubire ſolent. Vnum, & quidem primum, vomitio eſt: alterum; velox per aluum excretio, aut fluore, aut inteſtinorum læuitate: tertium, quòd potus diutius quàm par eſt in vẽtriculo manet: quartum id ipſum, de quo nũc ſermo eſt, ſiue id diabeten, ſiue dipſacon, ſiue vrinæ fluorem nominare volueris. Neq; enim vt idoneum ei nomen imponamus, ſed vt curationis viã tum ex loco affecto, tũ ex ipſa diſpoſitione inueniamus, ſcrutari animus eſt.

Siti vehementi laborantes quatuor accidẽtiũ pericula ſubeunt.

Atq; alius interdum affectus occurrit diabeti perquàm ſimilis, & quidem à multis cibis, qui neque crudi ſunt, neque per aluum deiiciuntur, neque plenitudinem efficiunt, neq; etiam probè alere poſſunt, ſed diſsipantur, diſcutiunturq;. Cuius vt crebrior eſt, quã dipſaci euẽtus, ita faciliorẽ admittit curationẽ, quippe ſi prius quàm ad ſummũ peruenerit, ipſum cognoueris, haud ita difficulter curabitur. Nã vbi quis duplũ conſuetorũ alimentorũ aſſumpſerit, neque corpus ali videatur, idq; citra alui fluorem, hunc af-

Ciborum diſsipatio.

fectum non solùm priuati, verùm etiã medici paruipendunt. Quum verò triplũ ingerit, idoneis auxiliis liberari potest, priusquàm scilicet ad quadruplum aut quintuplũ perueniat. Igitur rationi cõsentaneum est, hunc affectũ à celeri dissipatione incipere, omnibus partibus attractricẽ, atque ei cõiugatam facultatem, quę propriè appetentia vocatur, seruantibus. At verò in-

Appetentia.

Ingens sitis citra diabetem.

gẽtis sitis quæ citra diabetẽ accidit, causa est vẽtriculus, aut calida, aut sicca, aut vtraque intemperie affectus, maximè verò os ipsius. Proximè vẽtriculo hepar, sed maximè pars eius sima: simul eis exæstuãtibus, nimirũ mesenterio, ieiuno, ipso vẽtre, stomacho, & pulmone. Atq; huius accidentis radix inde plerunque proficiscitur, quòd à dispositione erysipelatis naturã referente incẽduntur. Quæ magna ex parte marcor sequitur, aliàs alius, veluti quum hanc tra-

Gale. lib. de marcore.

ctaremus materiam, declaratum est. Hæc itaq; propter accidentium communicationem simul cũ renũ affectibus dicta sunt.

Diabetes ꝓprius renum affectus.

Porrò diabetes proprius renũ affectus est, ꝗ caninæ in ore ventriculi cupiditati proportione respõdet, accedẽte præterea retẽtricis facultatis imbecillitate. Nã si citra vehementẽ cupiditatem ipsum fieri diceremus, in primis nihil penè vrinę ad renes perue

peruenire notaretur: ſi verò citra retentricis facultatis imbecillitatẽ, non tanta celeritate ſequeretur vrinæ profluuium.

De veſicæ affectibus. CAP. IIII.

VEſicæ ſuperueniunt accidentia partim cæteris cõmunia, veluti omnes ipſius præter naturã tumores, dolores, atque quę hos facere poſſunt affectiões, partim ipſi ſoli propria, vt iſchuria (id eſt vrinæ retentio) ſtrãguria (id eſt vrinæ ſtillicidiũ) ac alio quoque modo immoderata vrinæ excretio, verũ huiuſmodi vacuationes (vt de renibus ſuprà dictum eſt) veſica tanquàm meatu vtũtur, ipſa haud quaquã affecta. At verò ſtillicidiũ, ſi ob vrinæ acrimoniã fit, accidens veſicæ eſt, affectus verò minimè. Si verò aut ab vlcere, aut imbecillitate procedit, à veſicæ affectu factum eſſe dicitur. Quemadmodum vbi acrimonia in cauſa eſt, aliquãdo ob renum vitiũ, aliquando ob alias partes, quæ cũ vrinis, humorum ſuorum vitia, aut pus, vbi abſceſſus aliquem infeſtauerit, tranſmittere poſſunt. Euenit etiam interdum vrinę ſtillicidium, humoribus qui in venis ſunt, & per renes, & per veſicam expurgatis. Cæterùm quũ ab intemperie veſica ſit imbecillior, læditur propria ipſius actio, quę eſt

Iſchuria. *Stranguria.*

Stillicidiũ vrinæ vnde eueniat.

Propria veſicæ actio vrinæ excretio.

vrinæ excretio: ad quã animal excitari solet, quum vel à multitudine cõtetæ in ipsa materiæ vesica grauat, vel à mordacitate conuellitur: sed ab horũ vtrolibet magis imbecilli quã robusti dolere cõsueuerũt. Quinetiã instrumẽtales affectus imbecillitatẽ interdũ inducere possunt. Item intemperãtiæ omnes cùm aliæ, tũ maximè illæ, quæ nonnullis sæpe eueniunt, quum frigore corripiũtur: tunc enim planè grauari videtur, vel pauco admodum contento in ipsa humore.

Retentio vrinæ vnde fiat.

Atq; vesicę etiam veluti meiendi instrumẽto ischurię accidẽs superuenire solet. Interdũ quidẽ (vt dictum est) quum id quod in ipsa continetur, non ita cõprehẽdere valet, vt ipsum exprimat. Interdum etiam obstructo inferiori meatu, aut à crassis humoribus, aut impacto lapide. Atque accidit nonnunquam, vel ab inflãmatione, vel alio huiusmodi tumore, vt angustior reddatur meatus, vel etiã omnino obstruatur. At verò neq; neruorum à spinali medulla exortorum, neque etiam spinæ ipsius affectus, vesicæ tantam imbecillitatẽ afferre possunt, vt vrina propterea supprimatur,

Vesica nõ habet motum volũtarium.

quemadmodũ nõnulli putauerunt, credentes vesicæ officium à cõsilio & electione ꝓcedere, quòd scilicet vrinã retinemus quoad voluerimus, atq;

eam

eam pro voluntatis imperio excernimus. Verũ ſatius fuiſſet noſſe nõ veſicę, ſed meiendi officiũ, veluti etiam deiiciendi, non inteſtinorũ munus ab electione cõſilioq; pendere. Quippe veſicæ officium vnicum eſt, cõtractio. At muſculus qui vrinæ meatum in circuitu ambit, in origine ceruicis veſicæ extẽſus, inſtrumẽtũ eſt, cuius opus ab electione excitatur, vtpote qui ambiẽs veſicæ ceruicẽ, eam ita exactè ſtringit, vt nihil humoris ex veſica in meatũ ingredi poſsit. Atque ſimilem quoque & actionem & vtilitatẽ habet muſculus, qui recti inteſtini partẽ extremam ambit. Proinde ipſis reſolutis, neque vrinam veſica, neque ſtercora alu⁹ retinere poteſt: ſed pręter volũtatem paucis omnino interuallis vtraq; excernuntur. Itaq; veluti in reliquis muſculis quod à reſolutione fit nobis inuitis, id electio noſtra haud ĩuita efficere ſolet: ita eâdem ratione ab horũ actione quieſcimus, quum vel ſtercus, vel vrinã excernere propoſitum eſt. Atq; vt nõnulli cum vrinarũ, tum cibi excrementorum deiectionẽ, totã ab eiectione procedere exiſtimãtes errauerunt: ita rurſus alij his è diuerſo, totũ hoc opus naturale putãtes, à veritate deuiauerunt. Etenim cibi à vẽtriculo in ieiunũ expreſſio tota, naturę opus eſt. Rurſus omni-

Veſicæ officiũ, contractio.

Muſculi ani actio.

Delatio à vẽtriculo ad intesti na, à naturali facultate fit

Inuita stercoris et vrinæ emissio, à resolutis neruis.

no ab electione pendet & vtrorumq; mẽbrorũ,& cuiuslibet digiti tum extẽsio,tum inflexio.delatio enim quæ àventriculo ad ieiuniũ fit,& quæ ab hoc in tenue intestinum,à sola naturali facultate procedit.At alui deiectio, & vrinæ redditio vtroq; instrumẽto,propriis suis facultatibus agente perficiuntur.Rectum intestinũ, atq; vesica naturali vtunt᷑ facultate,musculi verò ea quæ & animalis,&voluntaria nominatur.Quippe musculi ꝗ fluores cohibere solẽt,tũc quiescũt ab opere, abdominis musculis munere suo fungẽtibus, maximè verò mediis. Sunt nonnulli qui quũ non ita facilè deiicere possunt,manibus huiusmodi musculos comprimunt,neq; nõvbi vrina ita suppressa est,vt omnino retineatur, idẽ facere consueuerunt. Quũ itaque nerui,ꝑ quos animalis facultas ad iam dictos musculos peruenit, afficiũtur, aut vbi spina ipsa læsa est,resoluit᷑ musculorũ actio, atque excernitur &vrina & stercus,vel inuito laborãte. Quum verò vesicæ corpus ita fuerit affectum,vt quod in ea continetur exprimere non possit,supprimitur vrina,nominaturq; hoc accidens ipsius,ischuria.Atq; accidit interdũ propter obtusum ipsius sensum,vt nõ reddat᷑ vrina,citra tamen expultricis facultatis læsionẽ, si pro-

prij

.prij vesicæ nerui afficiãtur, neruis musculi ceruicem eius stringentis, munere suo fungentibus, ipsorũ scilicet facultate seruata. Nam si resoluãtur, propriũ indiciũ, quòd musculus hic resolutus sit, est vrinæ pręter volũtatẽ excretio. At huiusmodi eueniente affectu, quũ meatus ipsius fuerit obstructus, vtraque dispositio cognitu difficilis erit. Proinde vt exq̃sitè dignoscant͂, nõ solùm ij, sed reliqui quoq; oẽs vesicæ affectus, perquàm necessariũ est præscire euidẽtes causas extrinsecus adueniẽtes, quas propriè ꝓcatarcticas (id est initiatrices) Medici vocãt. sed multò etiã accuratiori inuestigatione, eos q̃ præcesserunt in animãtis corpore affectus, inq̃rere oportet. Igitur cuidã, quum cecidisset, spina sinuata est, quapropter vrinam reddere non potuit. Nam & id aliquando fieri solet, quẽadmodũ ab Hippocrate dictũ est. Verùm nõ illicò suppressa fuit vrina, sed perẽdie, ob afflictarum vertebrarum ad interna luxationem, inflammata vesica. Itaq; dolebat in ea p̃te vel nemine tãgente, sed multò magis, si quis manu eum tangeret. Atq; hũc curauimus inflãmatiõi remedia adhibẽtes. Rursus alter luxatis ad externas partes vertebris, vrinã inuitus profudit, nullo infestãte vesicã dolore. in hoc coniecimus

Procatarctica causæ.

Spina ex casu cuidã sinuata, vesicæ inflammationis causa fuit.

Luxatæ exterius vertebræ stranguriam cuidam induxerunt.

eius

eius muſculi neruum qui veſicam claudit, fuiſſe affectum, proinde ſpinam curare voluimus. Atq; in alio ſimiliter affecto, ſuppreſſa fuit vrina, torpente ob affectos neruos veſicæ ſenſu: quum itaque inter dormiendum non ſentiret homo veſicam impleri, ipſa extenſa nihil excernere potuit. etem̃ accidit interdũ, vt hoc modo vrina ſupprimatur. Quemadmodùm etiã ſanis quibuſdã, aut vrgentibus negotiis, vel in cõcionibus, vel ſenatu, vel foro, vel conuiuio, tum enim retẽta longo tẽpore vrina, extenditur veſica, atq; vrina ſupprimitur, contractrice facultate læſa ꝑpter immoderatã tenſionẽ. Quidam etiã quum cecidiſſet, manente ſpina illęſa, in primis quidem magnam ſanguinis copiã cum vrina emiſit, poſteà verò omnino ſuppreſſa eſt vrina, cuius rei cauſam eſſe cõiecimus, ꝙ cõcreti ſanguinis grumus intus ſe oppoſuit, quocirca demiſſa ꝑ colẽ fiſtula, paulũ vrinæ reddidit, extracta deinde fiſtula, apparuit in ipſius ore grumi indicium. Præterea quum alios quoſdã diuturni dolores vnà cũ abſceſſuum notis infeſtaſſent, finitis abſceſsibus, tenue pus cũ vrina ꝓfluere viſum eſt, deinde ſubſequẽs vrinæ retẽtio coniecturæ occaſionem dedit, quòd à craſſo pure meatus obſtrueretur. Atq; in

Cuidã ex caſu ſuppreſſa vrina.

Meatus vrinarius à craſſo pure obſtructus.

Lapis in veſica vrinam ſupprimit.

puer

pueris etiã quos lapis in veſica cruciabat, vidimus ſæpenumerò vrinã retineri. Eos itaq; reſupino figurato corpore concuſsimus, vt ita à meatu lapis dimoueret. Quũ verò id quod iamiam dicã, ſæpe videritis, oro vt ipſum tenaci ſemper memoria ſeruetis. Quòd ad grumos vocatos, non ſolũ eos qui in veſica, ſed multò magis illos quoq; ꝗ in inteſtinis, vẽtriculo, atq; thorace nõnunquã cõtinentur, animi defectio, & pallor ſequi ſolet, pulſus verò paruus, obſcurus, frequẽs apparet, & laborãs ipſe cũ anxietate reſoluitur, quemadmodũ in magnis muſculorum vulneribus ſæpenumerò accidit, vt mirari aliq̃s poſsit, quænam ſit huius euẽtus cauſa. quippe quum omniũ quæ in corpore ſunt, ſanguis maximè nobis ſit familiaris, quomodò ex vaſis ſuis effuſus, tanti mali autorem ſe pręſtet, vt & putredo partiũ, & marcor ipſum ſequi poſsit. Etem̃ vidimus, vbi veſicæ meatum grumus obſtruxerat, eadẽ ſequi accidentia: grumũ verò adeſſe cõiecimus hoc argumento, quòd plurimũ anteà cruorem laborãtes cũ vrina reddidiſſent. Itaq; medicamentum quod lapidẽ terere poſſet ex oxymelite, atque ipſum quoque oxymeli ꝑ ſe in potu dedimus. At nihilominus alij quidem perierunt, vno quodam ſeruato,

Grumi in veſica & alijs internis partib⁹ notæ.

so

ſolutis grumis, quos paulò pòſt cum vrina excreuit. Quoniam verò non ſatis eſt ad affectæ ſedis inuentionẽ ea duntaxat accidentia, quæ in præſentia infeſtant, intueri: ſed & ex his quæ præceſſerũt, ſubinde definimus, facilè intelligetis, ſi eorũ quę antea vidiſtis, memineritis. Igitur quũ multi creberrimè pus cũ vrina emitterent, præteritorum accidentium memoria, & ſedẽ affectã nobis oſtẽdit, & diſpoſitionem in ipſo cõſiſtentem declarauit. Quidã enim quũ prius in regione renum ſæpenumerò doleret, accedente inordinato horrore & exigua cõcuſsiõe, febre correpť eſt. Alius circa veſicæ poſitum ſimul cum horrore ac febre dolores præſenſit. Nonnulli circa ſeptum trãſuerſum, & thoracem. Atq; alij in dextra præcordiorum parte. Coniecturam itaque fecimus, in iis omnibus, quòd pus per renes expurgaretur, vomica ſcilicet in loco dolẽte erupta. Cũ indiciis autem ſuprà propoſitis nonnihil confert puris quantitatem, & quomodò totum cum vrinis miſceatur, vtrũ confuſum, an contrà, cõſiderare. veluti iam anteà de inteſtinis dictũ eſt. Nam vt in his, ſi à ſuperioribus inteſtinis quidpiã defertur, id ciborũ excrementis perinde admixtũ videtur, ac ſi cum ipſis ſubactũ fuiſſet. Si verò ab humilio

Vomicæ in veſica, ſepto, aut aliis partibus erũpentis ſigna.

milioribus, cũ vna ipſorũ parte excernitur. Simili modo vrina, aut tota à pure cũ ipſa emiſſo cõturbatur, aut p̄ partes quaſdam diſperſum pus inæqualiter defertur. Plerũque etiã ſolùm pus ſine vrina excernitur: idq́; haud obſcurè in veſica ſuppurationẽ cõſiſtere indicat. Quod verò exactè commixtũ eſt, à ſupernis alicũde partibus venit. Sed quod mediam inter hæc conditionem ſeruauerit, id à renibus deſcẽdiſſe certũ eſt: ſimiliter ſi erupta vomica, cũ affecti loci indiciis, vlceris quoq; ſignũ aliquod appareat. Nã & hoc aliquando quidem exactè commixtum videtur, aliquãdo verò mediocriter; interdũ vel nullã habet mixtionem, vel quodammodò ſuperfertur, vel ſolùm excernitur. Atq; vocatũ quidẽ ramentũ, vlceris: eſſentiæ verò proprietas, affectæ partis propriũ indiciũ eſt. quippe partes à veſica auulſæ, lamis: à renibus verò, carũculis ſunt ſimiles. Ita etiã vbi ex ſublimioribus pars aliqua affecta eſt, excremẽta, cũ vrinis eiecta intueri, & ea ſuſpectarũ partiũ eſſentiæ cõparare oportet. Igitur cũ vrina expurgãtur gibbæ hepatis partes, atq; oẽs quotquot ſunt his ſuperiores: per aluum verò pars iecinoris reſima, inteſtina, vẽtriculus, lienis. Præter has, aliæ quædam fiunt purgationes, ſed

Suppuratio in veſica, ex pure excreto per vrinas.

Ramentũ excretũ.

Lamæ.

Carunculæ.

Viſcera interiora quomodò per aluũ & vrinas expurgentur.

rarò, vt cùm thorax & pulmo per aluũ purgatur: quæ infra ſeptũ tranſuerſum poſitę ſunt partes, ꝑ vrinas. Quorũ cauſam cùm nonnulli ignorẽt, neque id vnquam accidiſſe viderint, quod à multis viſum eſt, negant fieri poſſe, quòd abſceſſu interim in pulmone orto pus expurgari ꝑ renes poſſit. Nos verò pulmonis vomicã per vrinã thoracis autẽ per inteſtina & aluũ, expurgari vidimus. Quãquàm in primis ex pulmone per renes tranſitus, nullam reuerà dubitationẽ excitare debet. Etenim vt à cõcaua vena, ita ex magna quoq; arteria rami deſcendũt ad renes. Hæc quæſtio tamen Eraſiſtrati ſectatores nõ parũ vrget, quippe qui putaui ſolum ſpiritũ in arteriis cõtineri. Nobis verò nihil difficultatis affert, vtpote intelligẽtibus, ꝙ læuis arteria pulmonis, quãtũ puris ex erupta vomica ſuſcipit, id in ſiniſtrũ cordis ſinũ deferre poteſt, quod inde in magnã ipſius arteriã incidẽs, per renes tranſit in veſicam. Hoc tamẽ nõ ita crebrò euenire videtur, vtpote pure prius in aſperas arterias magna ex parte tranſſumpto. Itaque quã ob cauſam pus in pulmone genitũ, cũ vrinis (licet rarò) excernatur, iam dictum eſt. Id verò quod per ventrem expellitur, aliam & quidem raram (quæ in corporum diſſe-

Vide lib. 3. Epid. vbi pulmonarios ſcribit purgatos κάτω per aluum ſcilicet & vrinas. & Lib. 7 Aph. 30

ctione apparet) habet cauſam, quippe cõcaua vena, mediante vaſe quodam ſtelechiæ (id venæ quæ arboris caudici proportione reſpondet) videtur interdũ adaptari. Proinde nihil mirum, neque impoſſibile eſt, & ex partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus, pus in ventrem defluere, & ex his quæ eidem ſupponuntur, ipſum per renes in veſicam peruenire. Nam corporum raros habitus, par eſt vt rara etiam accidentia ſequantur.

Pus ex partibus ſepto ſuperiorib⁹ in ventrem defluens.

De vteri affectibus. CAP. V.

ATque ne hoc quidem loco ſolicitos eſſe oportet, vtrum vuluam, an vterum appellemus eam partem quæ mulieribus ad pariẽdum à natura data eſt. Neque rurſus vtrum numero plurali vuluas, aut vteros, an ſingulari vuluam aut vterũ quis nominauerit. Etenim ſatius fuerit in rebus vtilibus tempus collocare, ex quibus vel ad notitiã, vel præſagia, vel curationẽ, fructum aliquem decerpere poſſimus. Veluti in eo affectu quẽ nõnulli vteri ſuffocationẽ, alij ſpirationis ob vterũ ablationẽ vocant, volẽtibus medicis vtraque appellatione vnum quendam affectũ explicare. Ego verò multas vidi mulieres hyſtericas, id eſt ab vtero ſuffocatas, nam priores fœminæ artem medicã profeſſæ,

Vulua.
Vterus.

Vteri ſuffocatio.

Hyſtericæ mulieres.

à quibus nomen ipſum audiri potuit, ita ſeipſas nominare ſolebant. Alias quidem ſine ſenſu immobiles iacere, cum obſcuro paruoq; pulſu, vel omninò ſine vllo pulſu: Alias ſentientes quidẽ, & moueri potẽtes, atq; integra ratione, ſed tamen animi defectione, & difficili ſpiratione laborantes. Alias etiã crura & brachia cõtrahẽtes. Ex quibus cõiecturã feci, multas eſſe vteri affectuum differẽtias, vel pro cauſę efficiẽtis magnitudine, vel pro ſpecierũ quarundã varietate inter ſe differẽtes.

Species vteri ſuffocationum plures.

Igitur prima ſpecies, cuius Heraclides Ponticus in ſuo cõmentario mentionẽ fecit, multã exhibet de ortu ſuo ambiguitatẽ. Ait enim ſub hac ſpecie neq; pulſum, neq; ſpirationem mulieris deprehẽdi poſſe. Atq; ob id dũtaxat non videri mortuã, quòd exiguũ in mediis corporis partibus calorẽ haberet.

Apneus Heraclidis.

Eſt autẽ libri titulus Apnus (id eſt perdita ſpiratio) Heraclidis. Ac aſtantes quoque medicos quæſiuiſſe ait, an nondũ ſit mortua? Rurſus nõnulli Heraclide poſteriores credentes ſeruari aliquid ſpirationis, quãuis ipſa nõ appareat, carptæ lanæ flocculos coram naribus ſuſpendi iubent, vt exactè deprehendatur, nũ ſpiritus aliquis inter ſpirandũ tũ intrò, tũ foras rurſum deferatur. Sunt qui poculum aquæ

ple

plenũ ori ventriculi imponere præcipiũt, quippe immotũ omninò ſeruari humorẽ aiunt, ſi tota perierit ſpiratio. Itaq; ſi omnes ita affectæ mulieres interiiſſent, ſimplex eſſet quæſtio. quũ verò nonnullæ ſeruatæ videãtur, geminã oriri quæſtionem neceſſe eſt, inueſtigãtibus nobis, tũ diſpoſitionẽ ob quam ſpirationis munus deperditur, tũ vel magis, quomodo viuere poſſint, quæ nihil omninò ſpirant. Quippe in confeſſo eſt, & ſpirationẽ à vita, & vitã à ſpiratione ſeparari nõ poſſe: adeò vt viuẽtem nõ ſpirare, & ſpirantẽ non viuere, ſit impoſſibile. Atq; hæc quæſtio, quanquam ſuperiore difficilior videtur, non eſt tamẽ perinde difficilis. quippe facilè ſuſtinebitur, ſi latebris incluſa animalia cõſideres, nulla apparente in ipſis ſpirationis nota. Hoc enim cognito, perſpectiſq; animalibus, vtpote frigidis atq; eo demõſtrato, ꝙ maximus reſpiratiõis vſus eſt, vt intimus calor & refrigeratione & vẽtilatione ſeruetur, haud ita difficile fuerit perpẽdere, exiguũ illum calorẽ in ipſis derelictũ, arteriarũ cordiſq; officio cõſeruari, quæ actio à quibuſdam medicis trãſpiratio: veluti ea quæ à thoracis pulmoniſq; officio prodit, reſpiratio vocatur. Itaque in vteri ſuffocatiõe quoniã vniuerſum corpus re-

Spiratio à vita ſeparari nõ poteſt.

Reſpirationis vſus.

Tranſpiratio.

Reſpiratio.

frigeratur (id enim manifestè videtur) fieri potest, vt nulla prodeat ab ore spiratio, quãuis ea quæ in arteriis fit, nequaquam intercipiatur. Verùm adeò potest esse exigua, vt sensum omninò effugiat. Ergo vt nihil ad hunc affectum pertinens maneat indiscussum, succedit iterũ alia quæstio. Quã ob causam corpus refrigeretur? Ea verò haud difficulter dissolui poterit, si causas quæ præcesserũt diligẽter intueamur. Sunt autẽ huiusmodi: Cõuenit inter omnes medicos hunc affectũ magna ex parte viduis euenire, iisq; maximè, quæ antea probè purgarentur, ac parerẽt, atq; virorũ concubitu gauderẽt. Quibꝰ rebus omnibus priuatæ, quid probabilius excogitari quis posset, quàm ꝙ ob retẽta menstrua, vel semen cohibitũ, huiusmodi mulieres vteri dispositionibus cruciẽtur? siue eas apnœas (id est, nõ spirationes) siue suffocationes quis vocauerit, siue etiã cõtractiones quædã cõtigerint. Idque fortasse magis à semine retẽto accidere potest, vt potè magnã vim obtinẽte. vt est enim in mulieribus humidius, ita etiã frigidius: proinde ipsum excerni oportet, præsertim si naturaliter multo semine exuberat mulier. Id verò viris quoque euenire solet. quippe nõ parua est horũ differẽtia. Sunt enim

Viduæ mulieres vteri suffocationibus laborantes, per corpus refrigerã tur.

A semine retẽto quæ accidẽtia, etiã viris euenire soleant.

enim nõnulli quos protinus à iuuẽtute cõcubitus imbecilliores efficit. Alij nisi assiduè coẽant, capitis grauitate molestãtur, cibos fastidiũt, ac febribꝰ obnoxij fiũt, atque vt deterior est ipsis appetẽtia, ita & cõcoctio minor, hos Plato arboribꝰ immodicè fructiferis comparat. Equidem noui quosdam quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis vsu abstinẽtes torpidi pigriq; facti sunt: nõnulli etiã melancholicorũ exemplo, præter modũ mœsti ac timidi: cibi etiam tum cupiditate, tum concoctione vitiata. Quidã vxoris mortem lugens, & à concubitu, quo anteà creberrimè fuerat vsus, abstinẽs, cibi cupiditatem amisit, atq; ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: vbi verò seipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitũ excitabatur, mœstus etiam apparebat, non solùm has ob causas, sed etiam (vt melancholici solent) citra manifestam occasionem. Verùm hic quã celerrimè liberatus est, ad pristinam consuetudinẽ reuersus. Hæc ergo consideranti mihi apud meipsum, visum est lõgè maiorem ex retento semine quàm menstruis, corporis noxam euenire posse, præsertim in his q̃ suapte natura vitiosis abũdant humoribus, & pleni sunt, atque in

Cibi cupiditas, & cõcoctio vitiata ex retento semine.

Maior noxa ex retẽto semine, quàm mẽstruis.

ocio educati, quiq; cùm anteà nihil ad libidinē reliqui fecissent, affatim continere cœperūt. Equidē perpēdi in iis, naturalem excernēdi ipsum cupiditatē huius rei causam esse. quum enim & tale & tantū fuerit, neminē nō ad sui excretionē vi quadam stimulat. Ita Diogenē Cynicum narrant, virū alioqui omniū mortaliū, quod ad cōtinentiam pertinet, constantissimū, libidini tamē indulsisse: nō à copulata illi voluptate, veluti bono aliquo illectū, sed vt noxam, quæ à retento semine prouenire solet, euitaret: Eū meretrix adire pollicita, quum diutius cessaret, ipse manu pudendis admota, semen proiecit, ac venientem deinde mulierculā remisit, inquiens, manus hymenæū celebrādo te præuenit. At planè cōstat modestos viros nō ob voluptatē, sed vt ab impedimēto præseruentur, libidini indulgere: perinde ac si nulla esset ei voluptas cōiugata. Sic etiā reliqua animalia ad coitū excitari arbitror, nō quod existiment voluptatē boni cuiuspiā speciem præ se ferre, sed vt semen, quod ob retentiouem ipsa molestat, excernant: haud secus quàm deiiciēdi stercoris, excernendæq; vrinæ desiderio, suâpte natura moueri consueuerunt. Cogitanti itaque mihi aliquādo sup hac re, tale quoddam

Diogenes Cyncus libidini indulsit vt noxā retēti seminis euitaret.

Epigram. libr. 7. τὸν δ' ὑμέναιον ἤειδεν παλάμη, λαδίος οὐ χατέων.

Cur animalia ad coitū excitentur.

dam accidens apparuit in muliere ex longo iam tempore vidua: quæ præter cætera mala, neruorum quoque diſtẽtione vexabatur ac dicente obſtetrice, vterum eſſe retractũ, remediis ad huiuſmodi affectus conſuetis vti decreuit: quibus adhibitis, partim ob ipſorum calorẽ, partim etiã ꝙ inter curandũ, manibus tractarentur partes muliebres, obortâ titillatione, cũ labore & voluptate veluti per coïtum vſu venire ſolet, excreuit craſſum plurimumq́; ſemen, atque ita à moleſtia ſua liberata eſt mulier. Proinde manifeſta coniectura aſſequutus ſum, vitiato ſemini maiorem quàm mẽſtruis eſſe vim ad noxã vniuerſo corpori inferẽdã. Itaq; licet hæc quidẽ aliquãdo profluant è viduis, ſuppreſſum nihilominus ſemen moleſtiam noxamq́; ipſis inferre poteſt. Quibus verò nequaquàm perſuaderi poteſt, exiguum ſuccum in vna parte contentũ tantorum accidentium quæ vniuerſo corpori eueniunt, eſſe cauſam, ij omninò immemores eſſe videntur eorum, quæ quotidie contingunt. Etenim à phalãgij ictu totũ corpus affici videtur, exiguo veneno per minimum foramen iniecto. Sed longè maiori admiratione dignus eſt ſcorpionis ictus, qui breui admodũ tempore grauiſſima infert acci-

Neruorũ diſtentione laborãs quædã vidua, ob retẽtum ſemen. De qua Gale. lib. 2. de ſemine ſub principium.

Haud ſecus nocet ſuppreſſum ſperma ac venenati animalis ictus.

dentia: quippe quū ſeſe implicat, aut perquàm exiguū eſt id quod iniicitur, aut nihil omninò, nullo apparente foramine in ipſius aculeo. Atqui fieri nō poteſt, quum primùm quis perinde quaſi ab acu punctus eſt, vt vniuerſum corpus veluti grādine percuti videat, animi ſimul defectione accedēte. Nā rationi magis conſentaneū eſt, vt vel à ſpiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, hæc eueniant accidētia. Sunt qui putāt res quaſdā ſolo tactu per qualitatis vim, ea quę eis vicina ſunt alterare poſſe, idque planè videri in marina

Torpedo marina venenoſa.

torpedine: vtpote cui tam vehemens ſit potentia, vt per piſcatoris tridentē tranſmiſſa ad manū alteratione, derepentè totam reddat torpidā. His cōiecturis facilè deprehenditur, paruæ molis res quaſdam ſolo tactu maximas inducere alteratio-

Vis magnetis.

nes. Id qd̄ in Heraclio quoq; lapide, quē magnetē nomināt, videre eſt: ferrū enim quod tetigerit, ei adhæret, vel nullo adhibito vinculo. Deinde ſi aliud id quod primò tactū fuerit tetigerit, ſimiliter vt primum illi inhærebit. Poſteà tertium ſecundo, ita vt planè conſtet, rebus quibuſdam vehemētiſſimas eſſe vires. Reliquū eſt vt inueſtigemus, an in animātibus corruptio aliqua naſci poſſit adeò vehemēs, vt vene

nitum qualitatem tum vires æquet: an id iam à Medicis enodatum diſcuſſumq́; eſſe videtur, qui hanc ſolēt proponere quæſtionem: Vtrum propriæ ſint notæ veneni, nécne? Nam qui maximè videntur ſuper hac ambiguitate diſputaſſe, ij eoſdem fieri affectus concedunt, & à letalis veneni potione, & à corruptione quæ è corpore ortũ habet: verùm facilè diſcerni poſſe eos qui venenum ſumpſerunt, ab iis qui aliunde affecti ſunt. Quum enim homo ſuâpte natura probis humoribus abundans, ac ſanorum more educatus, derepentè moritur (vt letali aſſumpto veneno fieri ſolet) deinde corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium eſt, aut defluens, aut putredinem moleſtam olet: hunc venenum ſumpſiſſe aiũt. Igitur ſi eiuſmodi affectibus nos infeſtari fateamur, q̃ ex nobiſmetipſis accepto ſuæ originis impetu ſimiles ſint his, qui pernicioſo epoto veneno eueniunt: nihil mirum ſi vitiatum ſemen, aut mēſtruum huiuſmodi, quũ retinetur, aut putreſcit, corporibus vt afficiãtur idoneis, grauia inferat accidētia. Quippe facilè intelligitur à canibus, quantam habeat vim afficiendæ rei aptitudo: quum enim reliquorum animalium nullum rabie capiatur, ſolus canis eo affectu corripitur: atque tãta fit in ipſo humo-

Veneni epoti notæ.

rum

Canis rabioſi ſputum rabiẽ excitat.

rum corruptio, vt ſolũ eius ſputũ, ſi humanum corpus contigerit, rabiẽ excitare poſſit. Vt igitur ab exiguo initio, ſputi videlicet qualitate, aucta quædam in corpore diſpoſitio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, diſcerni poteſt: idq; poſt ſex menſes, quũ nõnunquàm ante id tẽpus nulla nota deprehẽdatur. Sic eodem modo vitioſo humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principaliũ partiũ aliqua cõſentit, à qua deinde vniuerſum corpꝰ celeriter alteratur. Quòd autem à priſcis iã inde ſeculis optimo iure creditũ fuerit, hyſterica dicta accidẽtia, ad vterũ, tanquàm ad radicem pertinere, vel maximo argumento eſſe poteſt, quòd & ſolis viduis, & iis quibus menſtrua ſupprimũtur, huiuſmodi affectus euenire cõſueuerunt. Quòd verò ad eos excitandos, retentum ſemen, maiorem: menſtruum verò minorem vim obtineat, facilè intelligitur ab his mulieribus, quibus cùm non ſint viduæ, purgationes ſupprimuntur, quãuis enim pluribus infeſtẽtur accidentibus (quæ poſt hæc dicentur) ſpiratione tamen non priuãtur, neque animi defectione, neque aliis quoque accidentibus, quæ paulò anteà dicta ſunt, laborare videntur. Præterea ex eo quòd ſunt viduæ quædam,

Hyſterica accidẽtia ad vterũ pertinent.

quæ

quæ licet æquè vt anteà, aut paulò minùs purgẽtur, nihilominùs ſimilibus corripiũtur accidentibus. Quippe medicæ quæ eas exquiſitè tetigerunt, fatentur circa vterũ notas quaſdam apparere. Nam ceruix eius inclinata videtur, interdum quidem veluti ſurſum retractus ſit totus vterus, interdum verò veluti ad latus trahatur. Proinde quidam vterum veluti animal eſſe ſtatuẽtes, quod creandæ prolis gratiâ mouetur: ſi priuetur his quæ concupiſcit, vniuerſo corpori nocere dicũt. Qua de re Ptatonẽ ita ſci„ pſiſſe comperimus. Ea pars quæ in mulieri„ bus & vterus & vulua nominatur, quum ſit „ animal prolem generare cupiens, ſi intem„ peſtiuè, diuq; infructuoſum fuerit: ſuccen„ ſens ægrè fert, erransq; per totũ corpus, & „ ſpiritus meatum obſtruẽs, reſpirareq; non „ ſinens, in extremã anxietatem deiicit, atq; multos alios morbos excitat. Hæc dicente Platone, quidam addiderunt quòd poſteà quàm ita per corpus vterus errauerit, ad ſeptũ trãſuerſum perueniens, reſpirationem impedire ſolet. Alij errare ipſum veluti animal negãtes, vbi ſuppreſſa ſunt mẽſtrua, exicccari aiunt: deinde humectari cupientem, ad viſcera vſque aſcendere: quum verò aſcendẽdo nõnunquàm ſeptũ tranſuerſum contingat, idcirco animal ſpiratione

Platonis ſententia de vtero, in fine Timæi.

i i

pri

priuari. Etenim qui ignorãt ea, quę in diſſectionibus apparent, quiq́; neq; naturales, neque à voluntate pendentes actiones, vnquàm conſiderauerunt, quãuis ea, quę iam diximus, nulla audiãt demonſtratione roborari: fieri tamẽ poſſe arbitrantur, vt aliquid ex ipſis à veritate nequaquàm abhorreat. At verò qui in vtriſq; fuerint exercitati, hãc rationem, vtpote infirmam, vel me tacẽte, diſpiciũt. Nã ſi aliquid vteri aſcendere videatur, id perexiguum eſt, neq; ſufficit ad hoc, vt totũ ipſius ſpacium, ne ad vẽtriculum quidem aſcendiſſe oſtẽdat: tãtum abeſt vt hunc prætereundo, ad ſeptum trãſuerſum pertingere poſſit. Quòd ſi det. etiã vt attingat, quid mouẽti habebit id, vt ſpirationem tollere, aut animi defectionem, aut membrorum contractionem aut integrum ſoporem inducere poſſit? Etenim cũ aliquis ſe impleuerit, ventriculus intumeſcens, planè videtur ſeptum tranſuerſum comprimere, atque hanc ob rem ſpiratio redditur crebrior: ſed nullo inſuper alio accidente animal infeſtatur. Atque prægnantibus quoque vterus adeò intẽditur, vt crebrior fiat ſpiratio, ſed ne has quidem aliunde lædi videmus. Id autem quod dicunt, exiccatos vteros, humoris deſiderio ad viſcera aſcendere, nemini nõ abſurdũ videri

Vterus intẽſus quomodo crebrã efficiat reſpirationem.

Ventriculus intumeſcẽs cibo, crebriorem facit ſpirationẽ.

ri poteſt. Si enim inutilẽ aliquando vterus requirat humorẽ, veſicam atq; craſſi inteſtini partem inferiorem, totam ſibi proximam habet: ſi verò non ſimpliciter humorem, ſed ſanguineũ humorẽ deſiderat, ad hepar potius quàm ad ſeptum trãſuerſum, ipſum moueri oportebat. At verò quid opꝰ eſt vt aliis extrinſecus irruat partibus, quũ à ſpiſſa membrana ipſum ambiente contineatur? quippe omnes tunicæ quæ ad ſeſe humorem ex inteſtinis attrahunt, per ora quãplurima id efficere ſolẽt. Atqui ad vterum multa admodum venarum ora perueniunt, per quas ex cõcaua vena, vtpote cui ex hepate ſanguis influit, ſanguinẽ attrahere poteſt. Etenim quã aliã fiſtulam, hac inſigniorẽ quis inuenerit? qua ex hepate in vterũ ſanguis deferatur, aut per quã aliam omninò vterus ex iecinore quippiã attrahere poſſit. Quòd ſi hunc concauæ venæ riuum non maximum, ſaltẽ non alium eſſe fateamur oportet. quippe ſola hæc vena, partibus ſub tranſuerſo ſepto cõſtitutis, ex hepate defert ſanguinẽ. abſurda igitur omninò eſt illorum ratio, cum hoc quòd vterum eſſe animal, hac ratione aſtruere videtur. Sed ſi hoc ipſis concedatur, ergo ægrè feret vterus priuari ſe, eo quod concupiſcit, ac fortaſſe à cibo quoq; abſtinebit,

Venarum ora ad vterum.

quem

Phœnices amatores à cibo abſtinent.

quemadmodum Phœnices amatores affici perhibẽtur. verùm ob hoc neq; ad ſeptum tranſuerſum, neq; ad aliũ quemuis locum perueniet. Nam vt cætera omittamus, perquã arida eſt ſepti trãſuerſi tẽperies, atqui vterus iuxta illorũ placita, qui ipſum exiccari dicunt, humidarum partium cõmunicatione indiget. Sed interrogaueris fortaſſe, quã ob cauſam modò ſurſum, modò in lat⁹ retrahi vterus videatur? id enim obſtetrices aiunt, aut cur ipſo in ſua ſede ſæpenumerò manẽte, nihilomin⁹ mulieres quædam ab hyſtericis accidentibus corripiantur? Equidem huius rei cauſam explicare tentabo, ea quæ ab Hippocrate dicta ſunt imitãdo. Igitur vteri tenſiões in cauſa eſſe dixerim, cur tãgentibus obſtetricibus, modò ſurſum, modò in lat⁹ retrahi videatur. Nam ſimul cũ vtero, ceruicẽ quoq; ipſius retrahi neceſſe eſt: ſupereſt ergo vt declaremus, quam ob cauſam, vterus vel ſurſum, vel ad latus retrahatur: hoc enim huic ſermoni deerat. Ea eſſe cenſetur vaſorum ad ipſum peruenietium & plenitudo, & ſuſpẽſio. Etenim oſtẽdimus in enarratione eius aphoriſmi, quo inqt: Cõuulſionẽ, & à plenitudine fieri, & euacuatione, quòd plenitudo repletorũ corpora & in latũ & profundum extendit, ſed longitudinẽ abbreuiat.

Cur tangentibus, obſtetricibus, vterus ſurſum & in latus retrahi videatur.

Lib. 6. Aph. 39

Ergo

Ergo quo efficiũtur breuiora, eo magis ad originẽ retrahũtur. Nam Eraſiſtratus muſculos quoque ſi ſpiritu impleãtur, in latitudine augeri, in longitudine verò minui, æque ob id etiam retrahi dicit. vnde ergo oritur plenitudo, tum venarũ, tum vinculorum? nempe ex menſtruorũ retentione. Nam peruenit quidem ad vterũ ſanguis, ſed ad interna ipſius ingredi nõ poteſt, aut quia craſſior eſt, quàm vt per ora vaſorum poſſit penetrare, aut quia clauſa ſunt ora. Itaque multiplicatus in venis eas extẽdit, atq; vicina ipſis vincula madefacit: ad horum autem extenſionem cõtinuò vterum retrahi neceſſe eſt. Igitur ſi æqualiter vndique trahãtur, recta erit, & ſine inclinatione ipſorũ trãſmutatio: ſi verò inæqualiter, ad partẽ vehementius trahentem intẽduntur. Non ergo veluti animal errabundum, aliâs ad aliũ locũ diſcurrit in mulieribus vterus, ſed ab extẽſione retrahitur. Quòd ſi dixerit quiſpiam, vteri corpus, tum non eſſe affectũ, ſed peruerſione laborare, quũ aliâs aliorſum trahitur, hic haud abſurda dicere videbitur. Nã circa reliquas quoq; corporis partes accidit, vt huiuſmodi appareãt affectus, & vt ſæpenumerò decipiãtur Medici, qui peruerſam partem, quia vel incuruari, vel extendi non poſſit, arbitran-

Ex menſtruorum retẽtione oritur plenitudo venarũ & vinculorũ vteri.

Hippocrates in libro de articulis.

tur eſſe affectam. Atque hoc docuit Hippocrates in eo libro quē de Articulis ſcripſit, vbi etiā de vteri vocato errore mētionem fecit, ita ſcribēs: Si in poſteriorem partem caput femoris exciderit, quāquàm hoc rarò fit, extēdi non poteſt crus, neque ſecundū luxatum articulum, neque adeò ſecundum poplitē quoque, iiq́; minimè, vbi longo ſpacio durauerit malū, vel inguinis, vel poplitis articulum extendere poſſunt. Hoc ſermone quāuis poplitis articul⁹ haudquaquàm afficiatur, quia tamen cum inguine communicat, ipſum extendi non poſſe ait. Atq; deinceps ſubiūgens, inquit: Sanè animaduertere hoc oportet. vt enim vtile eſt, ita magna eſt ipſius habenda ratio, quāuis nō paucos lateat, quòd ne ſani quidem extēdere poſſunt poplitis articulum non extenſo inguinis articulo, niſi ſurſum leuato pede, ita enim poſſunt. Neque etiam ſimiliter, ſed longè maiori cū difficultate flectere poſſunt poplitis articulum, niſi ſimul flectāt articulū inguinis. His dictis deinceps ait: Multa alia quoque iis haud diſſimilia in corpore inueniuntur, & ſecūdum neruorum diſtentiones, & muſculorum figuras, quinetiam plurima notatu fortaſſe digniora, quàm quis putauerit, contingere ſolēt, & ſecūdum inteſtinorum naturam, & vni-

uerſum

,,uersum ventriculum, atque vteri, tũ errores, tum extẽsiones. His verbis Hippocrates de poplitis articulo dicere ꝓposuerat, non potẽte secundũ naturã moueri, idque non ob proprium ipsius affectum, sed quia coxæ cõsentit: quinetiã extensionum, quæ vtero accidunt, mentionem fecit: quum videlicet ipse, non per se transmutatur, sed à quibusdam aliis trahitur. Igitur vteri peruersiones, eo quem diximus modo, ad suppressa sequuntur mẽstrua, eas tamẽ ob hoc accidẽtium quæ in animalis corpore apparent, causas esse, nequaquàm putandũ est. quippe quæ cõmunem habent causam, plenitudinem à suppressa mẽstruorum purgatione euenientem. Quæ verò citra peruersionem, aut menstruorum retentionem, viduas molestant noxæ, hæ ob retentum semen euenire putantur. Cæterùm pro multitudinis, qualitatisve ratione, tũ mẽstruorũ tũ seminis, aliâs aliæ accidentiũ species oriri solẽt. Etenim noxia causa vniuersum corpus refrigerare potẽte, adeò vehemẽter infrigidatur corpꝰ, vt & spiratio, & arteriarum pulsus, sensu deprehẽdi nequeãt. Quę si vel crassa fuerit, vel acris, cõuulsiones: si verò atræ bilis naturam habuerit, mœstitiam inducet, quẽadmodum animi quoq; defectiones, & ad fortes extensiones, & re-

Vteri peruersiones.

Stomachus os vẽtriculi.

frigerationes, & stomachi æstuationẽ seq̃ consueuerunt. Constat autem quòd in huiusmodi sermonibus os ventriculi stomachũ solemus appellare. quippe omniũ medicorum mos est, in syncopa quæ ab oris vẽtriculi vitio depẽdet, huiusmodi vti appellatione.

Accidenta ob astricta mẽstrua.

Lib. 5. Apho. 39.

Porrò accidẽtia quę ob astricta menstrua infestare solent (nam de iis quoque nõnihil me dicturum pollicitus sum) nũc enarrare aggredior, sumpto initio ab his quæ ab Hippocrate in aphorismis scripta sunt: præcipuè verò quum dicit: Si mulier neque prægnans, neque puerpera, lac habet, mẽstrua eius defecerũt.

Suppressorũ menstruorum notæ.

At nullo in mãmis apparẽte lacte, menstrua suppressa hisce notis deprehẽduntur. Grauitas totũ corpus molestat, itẽ fastidiũ quoq;, vt nulla sit cibi cupiditas, horror inæqualis: ꝙ si citra horrorẽ inæqualitas aliqua fuerit, atque fastidiũ, cupiatq́ue mulier quædam aliena: iube vt obstetrix vteri ceruicẽ tangat.

Causa vteri ceruix citra duritiem, prægnãtẽ indicat.

Nam si citra duritiem clausa inueniatur, eã prægnantẽ esse coniicies: ex his non nullæ cibum præterea euomunt, ac terram aut extinctos carbones, aut alia quædã huiusmodi edunt. Si verò clausum fuerit os ceruicis vteri, ac duritiẽ quoque habeat: affectum aliquem in vtero esse portendit: oportet itaq; speculari obstetricẽ, ad quã

par

partẽ vel declinet, vel retrahatur: nã in ea parte affectã vteri ſedem eſſe coniiciendum eſt. † Atque in quibuſdam fœminis, eius partis dolor cum grauitate, nõnihil ſignificare poteſt, quinetiam in coxã dolor trãſit, ac crus ipſum, quod è regione eſt, per inceſſum claudicat. Quòd ſi longiori tempore ſupprimantur mẽſtrua, nullámq; medicus mulieri vacuationẽ promoueat, tumor aliquis præter naturã, in ilibus interdum exoritur, oſtendẽs nimirum ex internis partibus quampiam eſſe inflammatã. Nonnullis † panus in extrema iliũ parte excitatur: veluti viris quoq; eodem in loco nonnunquam oriri ſolet, qui vbi ſuppuratus aliquando fuerit, ſecari debet. Atq; hãc partẽ † ſiue membrum ſuppuratum diſſectúmque vidimus: interdum ignorantibus medicis inexpertis quid inciderẽt, interdũ verò intelligẽtibus quoque. Atque omnia membra ita ſuppurata facilè curantur. Vteri verò ſectiones maiori cùm difficultate conglutinantur. Huiuſmodi accidẽtia ſequi ſuppreſſa menſtrua cõſueuerũt, ac præterea lumborum, & colli, & ſincipitis dolor, qui etiã oculorũ fundamenta infeſtat: item febres ardentes, & vrinæ nigricãtes, cum rubra quadã ſanie, perinde ac ſi aquæ ex qua nup mactatæ carnes ablutę fuerũt,

† *Huc ſpectat Aph. 1. li. 6. epid. par. 1.*

Dolor vteri in coxã tranſiens

Palus ob retẽtam mẽſtrua.

† φυματώδης ὄγκος

† *Longo temporis ſpacio vis finitur, quidã addunt.*

† κωλικῶλον *quod ad inteſtinũ colon referẽdũ.*

fuligině quis miſcuiſſet: quibuſdam vrina aut difficulter redditur, aut omninò ſupprimitur. Quum ergo horum aliquod in muliere conſpexeris, vterum veluti radicem ipſorũ coniicere oportet. Quòd ſi per aliũ quempiam corporis locũ ſanguis effluxerit, aut inflãmatio, aut eryſipelas excitatur an menſtrua purgentur interrogare debes, ſiquidem nihil horũ accidere ſolet integrè purgatis. Igitur quibus menſtruorum cohibetur purgatio, iis huiuſmodi plærũq; eueniunt accidentia. Quum verò immodicè vacuãtur, ſequitur color fœdus, pedes molli tumore attollũtur, corporis robur proſternitur, vitiatur ciborum tum cõcoctio, tum cupiditas. Atque in totũ omnia, quotquot immoderatam ſanguinis vacuationẽ ſiue ex hæmorrhoide, ſiue alio quopiã ſanguinis fluore euenientem, ſequi conſueuerũt accidẽtia: huiuſmodi fęminas infeſtãt.

Immodicè vacuatorum menſtruorum accidẽtia.

Sed accidit interdũ fœminis muliebre vocatũ profluuium, vel vtero haudquaquàm affecto, quũ videlicet vniuerſum corp⁹ per ipſum expurgatur. quemadmodũ interdũ per renes quoq; euacuatur. Id verò potiſſimũ fit, ſit mulier laxis ſit carnib⁹, & pituitoſa. Huiuſmodi mulieres intacto quidẽ vtero, ſed vniuerſo corpori adhibitis remediis ſanauim⁹. Atq; id quod excernitur nõnunquàm

Muliebre profluuiũ.

quàm rubra ſanies, eſt interdũ aquoſa, aut ſubpallida. Quòd ſi purus fuerit ſanguis qualis ex diſſecta vena profluit, diligenter animaduertere oportet, num eroſio ſit in vtero, ea verò magna ex parte in ceruice potius, quã alibi cõtingere ſolet: diſcernitúrque per excretam ſaniem, ſi fuerit profunda: Si verò circa os ceruicis cõſtiterit, non ſolùm per hanc, ſed per tactũ quoque cognoſci poteſt. Atq; prægnantes quoque quum ora venarum in ceruice aperiũtur, ſanguinẽ excernunt. Si verò mulieri vtero graui, mãmæ ſubitò extenuantur, abortus ſequitur. Atque geminos ferens, ſi altera mãma extenuetur, alterũ amittit: & omninò ſi dextra mamma extenuata eſt, marẽ: ſi ſiniſtra, fœminã amittit. Quippe fœtus, qui mares ſunt, parte vteri dextra cõtinẽtur, qui fœminæ, magis ſiniſtra. Atq; rarò aliter euenire cõpertum eſt: adeò vt in animalib⁹ quoq;, quę ſuapte natura geminos ferre ſolẽt, itidẽ accidere videamus: vt in capris, ouibus, atq; aliis quadrupedibus nõ paucis videre eſt. Si mulier ꝓmptè quidẽ conceperit, deinde ſecundo, aut tertio, aut quarto imprægnationis menſe, fœtum eiecerit, circa vteri acceptabula humorẽ pituitoſum abũdare, atq; idcirco venarũ, arteriarũq; ei⁹ loci, ad ora vaſorũ in vterũ

Eroſio in vtero.

Prægnantiũ menſtrua.

Lib. 5. aph. 36. & 37. et 38

Lege diſputationẽ Ariſt. cõtra Empedoclẽ cap. primo. 4 de generat. animalium.

deſcendentium, nexum debiliorem reddi coniiciendum eſt, vt fœtum ob grauitaté ferre nequeat, ſed facilè abrumpatur.

De colis affectibus. CAP. VI.

QVemadmodum ab excremẽtis quæ per anum deiiciuntur, pauca admodùm ſuper vicinarum partium affectibus indicia accipi poſſunt, vt potè quæ magna ex parte, & inteſtinorum, & ventriculi, & ſplenis, & iecinoris, atque nonnunquam humorum in vniuerſo corpore exuperantium notæ ſunt. Sic eodem modo pauca per colem educta excrementa, proprium ipſius affectum portendunt, ſed complura veſicæ, renũ, hepatis, ſplenis, pulmonis, thoracis, atque humorũ in vniuerſo corpore, diſpoſitiones ſignificãt. Verùm huiuſmodi ſigna per alia, quę vnicuiq; parti affectę ſubſeruire diximus, indicia diſtinguũtur. Igitur affecti colis hæc erũt indicia: Nam vlcus manifeſtè deprehenditur à dolore ipſum infeſtante, atq; ſi aliquid ex iis per vrinas excernatur quę vlcera comitari ſolent. Id verò ab eo quod ex veſica ſecernitur, ita diſcerni poteſt. Nã ipſum in primo protinus exitu apparens, vtinã præuenire cõſueuit: quod verò à veſica egreditur, vrinæ admixtũ videtur: quinetiam aſſiduè inter

Colis virilis affecti indicia.

ter

ter meiendum mordicus dolent pudendorum vlcera, præcipuè quũ vel cruſtula, vel ſordibus ſolutis, pura fuerint. Sed lõge euidentiùs ipſius inflammationes, ac reliquę huiuſmodi diſpoſitiones vel ſine indiciis dignoſcuntur. Verùm de gonorrhæa, & priapiſmo diffuſè aliquid ꝑcurrere ſatius fuerit. Ergo gonorrhæa, eſt ſeminis excretio inuita, quam inuoluntariã quoq; nominare licet. Sed ſignificãtius dixeris, ſeminis aſſiduam excretionem, cole haudquaquã extenſo. Priapiſmus verò, eſt quũ coles, & in lõgitudine & circulo totus augetur, nullo ſtimulãte ad libidinẽ aut deſiderio, aut acquiſito calore, vt quibuſdã accidere conſueuit, qui ſupini decumbũt, ſic enim quidam ipſum deſcripſerũt. At breuiori quoq; compendio dicere potes, permanẽtẽ colis, aut auctionem, aut tumorẽ deducta verò denominatio eſt, à priapo ſcilicet. Nã hũc, vt cui ſuapte natura huiuſmodi coles eſſet ita finxerunt, atq; pictura deſcripſerũt homines. Gonorrhææ autẽ nomẽ planè compoſitum eſt, ex γονῆς (quod ſemẽ genitale) & ῥεῖν, quod fluere ſignificat. Etenim ſemẽ modò γονὴ modò γόνος nominari ſolet. Porrò quemadmodum omnia corporis noſtri excremẽta duob⁹ modis vacuãtur, interdum enim à cõtinẽtibus ipſa corporib⁹

Gonorrhæa.

Priapiſmus.

Vnde dicta gonorrhæa.

Secretio humorũ. *Retentio humorũ.*

excernùntur, interdũ spontè profluunt, eò quòd ob imbecillitatẽ ab ipsis corporibus cõtineri nõ possunt, ita de semine quoque dicendũ est. Nam in omnibus huiusmodi, vt excernere tẽpestiuè, ita continere, naturæ officium est. Verùm secretio quidem fit apto fluxionis meatu, ac reliquo cõceptaculi spacio, & contracto, & ad apertũ iam meatũ, quicquid in continente spacio continetur, impellente. Retentio verò fit, quũ clausus permanet meatus & cõtentũ à cõtinẽte haudquaquàm impellitur, sed cõtrà per contractionẽ comprehenditur, & retinetur. Hoc modo cõtẽti in cauis instrumẽtis humores, in his qui integra valetudine degũt, naturaliter & excernũtur, & retinẽtur. In illis autẽ qui præter naturam se habent, retentio quidẽ ob excretiuæ virtutis imbecillitatẽ: excretio verò ob retentricis facultatis infirmitatẽ euenit, vel ob dispositionẽ aliquam, quæ haud secus, quã naturalis ipsa excretoria vis, partes mouere possit. Id qđ in seminariis vasis videre licet, vbi aliq̃s vel comitiali morbo, vel cõuulsione violẽter irruẽte fuerit correptus. Cæterùm videmus alias quoq; partes, vt manus, aut pedes, aut digitos cõuelli, modò simul cũ vniuersi corporis cõuulsione, modò ipsis solis affectis. Proinde haud-

quaquàm

quaquàm absurdũ fuerit, in seminariis vasis, & quidem solis, aliquando huiusmodi dispositionẽ excitari huiusmodi ea est, in qua inuita vrinę excretio gonorrhęæ proportione respondet, quũ contentricem videlicet facultatem resolui contigerit. Igit᷑ gonorrhæa instrumentorum seminis affectio est, nõ pudendorũ, quæ seminis genitalis via sunt, qua excernatur. Priapismus verò, planè colis est accidens. At fieri potest, vt nullo præcipuo proprioq́ue ipsum affectu infestante, ad arterias referatur, vtpote quæ solę interdum huiusmodi habeant præter naturã dispositionem, quali videlicet affici consueuerunt, quũ naturaliter totus coles intẽdit᷑. Atqui à spiritu in tumorẽ ipsum attolli manifestè patet, iis qui celeritatẽ eius, & quum intumescit, & quum iterũ residet, perpẽdunt, quippe nullus humor tam subitã in alterutram partẽ mutationẽ efficere posset. His sic se habẽtibus, quũ in corporũ dissectione, magnæ videantur arteriæ in pudendum (exiguam scilicet particulã) irruere, sitq; coles essentia talis qualẽ in nulla alia p̄te videre est, vtpotè cuius corpus neruosum est, atq; vndecunq; fistulosum, excepta ea parte quã glãdẽ vocãt quid aliud excogitauerit q̄s, quã quòd à vaporoso spiritu, ab arteriis,

Instrumẽtorum seminis affectio gonorrhæa.

Colis accidens priapismus.

Colis compositio.

affi

Glans pudendi.

Hædi naturalis industria.

affluente,per extenſiones in tumorẽ attollatur?Ideóque glandẽ æqualem ſemper habere magnitudinẽ,quòd fiſtuloſus in ipſã neruus nõ ingreditur.Ergo quid cauſę eſt, quũ libidinis impetu quis ſtimulatur, aut vbi ob ſupinum decubitũ,calfacti ſunt lũbi,vt coles extẽdatur?Nempe hac inuenta facilè priapiſmi quoq; diſpoſitionẽ inuenire nos poſſe ſperam⁹.Quòd verò princeps cauſa ſit plenitudo,vel arteriarũ , vel nerui fiſtuloſi,aut etiã vtriuſque quum ex priore conditione mutãtur , palã conſtat. At verò vtrius magis,aut ſi etiam amborum,deinceps conſideremus,hinc ſermonis noſtri ſumpto exordio:Natura corporis partes fingens,perficiénſq;,fecit vt ipſę citra doctrinam,proprias actiones aggrederentur:cuius rei exactiſſimũ aliquãdo fecimus periculum,hœdum alendo,ſed ita alendo,vt matrem quæ ipſum in vtero geſtauerat, nunquam vidiſſet. Quum enim capras diſſecarem,diſſectorum quęſtionibus,quibus fœtus in vtero formationem ſpeculantur,promotus,inueni elegantem quendam hędum,quem à matre abſolutum,ita pro meo more abſtuli, vt ipſam haudquaquã videret.Atque in domũ quãdam,vbi multæ pelues erãt,depoſui: quarum aliæ vini,aliæ olei,alię mellis,alię la-

ctis

ctis,aut alterius cuiuspiã humoris erãt plenæ,aderántq; fructus non pauci,tum Cereales,tum ab arboribus decerpti.Hũc itaque hœdum cõspeximus: in primis quidẽ pedibus incedentẽ,perinde ac si audiuisset sibi incess⁹ gratia,crura fuisse cõcessa,deinde excussit quam à matre cõtraxerat humiditatem:posteà pede lat⁹ scalpere, ac deinde singula vasa olfacere vdimus.Percepto itaque singulorum odore,lac tandẽ absorbuit.Quibus visis omnes exclamauimus, Hippocratem verè dixisse,animaliũ naturas esse indoctas.Sic ergo hœdũ hũc educando,non solũ lac,sed multa insuper alia quæ fortè offerebãtur,comesse vidim⁹. At quia nõ lõgè aberat vernale ęquinoctium quum eriperetur hœdus à matre, exactis duobus deinde mensibus,tenellos ei tũ fruticum,tum aliarum plantarũ ramulos obtuli:quorũ omniũ quum experiretur odorem,alios quidem contempsit,alios verò gustauit,atq; sic ad adultarum caprarum cibos conuersus est,Sed hoc fortasse non adeò magnum videtur.At lõge maiori admiratione dignũ est,quòd posteà quàm & folia,& teneros ramusculos deuorauerat paulò post ruminare cępit.Quod rursus omnes quotquot aderãt vidẽtes,exclamauerunt cũ magna facultatũ admiratione,quę

anima

De ruminatione et ventriculorum differētiis in ruminantibus lege c.14.3. de partibus animaliū.

animalibus natura insunt. Quāuis em̃ magnū videbatur, quòd impellente fame, per os, atq; dentes cibum assumeret: multò tamen vehemētius, admirati sumus, quod cibū in ventriculo iam contētum, in primis quidē ad os subleuando reduceret, deinde multo tempore mandendo tereret, postremo rursus ipsum deuoraret: idque non in eundē, sed in alium ventriculum. Vulgares autem huiusmodi naturæ munera despiciūt, nihil nisi peregrina spectacula admirātes. Nā quis nō miraretur, quòd medici in secandis corporibꝰ peritissimi, quęrere solēt, à qua causa articulus hic extenditur? subiiciamus verò exempli gratia coxæ articulū, aut à qua causa incuruat̃, aut quid est quod ipsum in vtranq; partem in trāsuersum abducit, aut quid ipsum vtroque circūuoluit, quū interim hœdus, singulos articulos, ad quācunque motionem libitū fuerit, possit excitare: quemadmodū homines ipsi, quamuis à quo musculo motus efficiat̃ nō intelligant.

Linguæ motio.

Porrò de linguæ motione (nam hanc pro exēplo inducimus) q̃s nō mirabitur, si dissectores inter ipsos, non solùm de musculorū numero, sed de ipsorum etiam actione pugnantes viderit, ac infantes quoq; quomodo natura vocē, aut aliud huiusmodi munꝰ imitari

tari

tari docuerit. Quomodo etiã linguã moueant,aut quibus muſculis vocem eãdem efficiant.Similiter etiã de omni reliquorũ animaliũ,tum voce,tum reſpiratione. Atque(vt ſummatim dicamus)miraberis fortaſſe,quo docente, omniũ quæ à conſilio, & volũtate pendẽt actionũ, inſtructa fuerint inſtrumẽta: de quib⁹ quidẽ actionib⁹, licet acris inter diſſectores ſit pugna,quomodo fiãt,& quib⁹ inſtrumẽtis: nihilominus oĩa animalia, ſimulatq; genita ſunt, & ſpirãt,& vocem reddunt. Igitur nõ mirũ eſſe debet genitales partes, eas actiões quarũ gratia à natura inſtitutæ ſunt, ꝓtinus ab initio cognoſcere. Etẽ quãobrẽ vterus,quũ ſemen genitale cõceperit, donec ꝑfectus fuerit fœt⁹,exactè clauſus permanet,perfecto verò fœtu plurimũ aperitur,ac deinde ſic apertus fœtũ excludit.Populares autem hæc propter crebrum euentum, & cõtẽnunt,& deſpiciunt, vtpotè qui nihil,ꝙ reuera ſit admirabile, ſed ea duntaxat quæ raro vident admirari cõſueuerunt. Quid autẽ in rerũ natura poteſt eſſe admirabilius, quàm quòd nouẽ perpetuis menſibus clauditur os vteri, adeò exactè, vt ne ſpecilli quidẽ acumẽ admittat: perfecto autẽ fœtu,vſque adeò diſtẽditur, vt totũ animal per ipſum egredi poſsit? Non

Os vteri nouẽ mẽſibus ita clauditur, vt ne ſpecilli acumen admittat.

igit

Fiſtuloſū neruoſūq; corpuſcau lis viri- lis.

igitur dubites pudēdorum facultatem per ſe doctam eſſe, vt fiſtuloſum hoc neruoſumq; corp⁹, vbi ad coitū inſurgit animal, à naturali facultate, quæ ipsū attollere poteſt, protinus diſtendatur. Cuius rei ſimile & in corde, & arteria, planè videre eſt, niſi quòd horum motus perpetu⁹ eſt, eò quòd neceſſaria ſit nobis eorum actio: fiſtuloſus verò neruus non ſemper, ſed quum vſus requirit. Quū ergo ſic fuerit extēſus, ſequitur ex arteriis ſpiritus, quemadmodū pulmo thoracem ob eam quā habet ad motum ipſius ſequelam. Verū poſſes fortaſſe replentis fiſtuloſum neruum ſpiritus vim, quum ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoq; referre, quanquam multò ſati⁹ eſt, vt huiuſmodi actionē ad neruum, non ad arterias referam⁹: quū præſertim actiones, ex propria partiū eſſentia, non ex earū poſitu peruenire, rationi cōſonum eſt. Nam cor ſi in alia quapiā parte poneret, nihilominùs actionē ſuam obtineret. Nec aliter de iecinore quoq;, liene, ac reliquis omnibus ſentiendum eſt. Etenim vniuerſi corporis arterias, eādē habere actionē probabile eſt. quippe eodē tēpore omnes totius animalis arteriæ, inter ſeſe ſimiliter ꝓducūtur. Itaq; haudquaquā par eſſe videtur, vt arteriæ pudēdis innatę, aliam ali

Arteriæ pudentis innatæ.

quam

quam habeant facultatem, præter eã quã anteà in toto corpore habebãt, ſed rationabile eſt vt latiora quàm reliquæ arteriæ ora habeant, vt quę ad celeritatem ſequelæ, ad id quod euacuatur ſint pręparatæ. Semper enim natura videtur vnicuiq; actioni, id quod vtile eſt, vndiquaque expleuiſſe. Cæterùm nullam aliam inſuper præcipuam habent actionis facultatem, quum ad pudendum peruenerint, licet cal factis lumbis, par ſit vt & arteriæ calidiores reddantur, & magis etiã pateant ipſarum ora: quamobrem non exiguam tunc ſpiritus eſſentiam, in fiſtuloſum neruum effundunt: qui paulatim impletus, colem extendit, ita vt tota ipſius eſſentia in fiſtuloſo neruo conſiſtere videatur. His itaque cognitis ad priaſpiſmi diſpoſitionem veniamus. Quippe ex iis quæ ſuprà propoſita ſunt, conſtat, vel ob arteriarum ora immodicè patentia, vel vaporoſum ſpiritum in fiſtuloſo neruo ortum, hunc fieri affectum. Sed vtrum potius pro cauſa ſit habendum, inquirere oportet. Namque ab vtriſq; ipſum fieri poſſe, mihi videtur, crebrius tamen arteriarum ora patentia ſequi, quippe facilius eſt hæc diſtẽdi, quàm flatuoſum ſpiritum in neruo fiſtuloſo generari. Ac memini me huiuſmodi quidem

Vnde priapiſmi affectus.

nerui diſpoſitionem ſemel vidiſſe, arteriarum verò ſæpenumerò. Cuius rei coniecturam feci, tum ex iis quæ præceſſerũt accidentibus, tum ex modo curationis. In illo enim cui aſſiduè colis palpitatio præceſſerat, cauſa erat ſpiritus flatuoſus, ad quem quum omnem curationem conuertiſſem, hominem ſanaui. Quibus verò ſupramodum arteriarum ora putebant, in iis nullum huiuſmodi accidens præcedere ſolebat. Porrò accidit cuidam, vt longo tempore præter conſuetudinem à concubitu abſtineret. Alteri verò vt mali ſucci alimentis, acribusque vteretur, alij etiam vt duobus menſibus præcinctus peregrè proficiſceretur, cum anteà nunquàm cingi conſueuiſſet. Coniecimus itaque arteriarum ora nimis patefacta, illis quidem ob humorum vitia & acrimoniam: his verò ob flatuoſum ſpiritum, & ſine ordine, & violenter commotum. Etenim medicamenta excitandæ tentiginis vim obtinentia, tum epota, tum etiam perinæo, id eſt ſemini, lumbiſq; adhibita calida omnino atque flatuoſa ſunt: quemadmodum contraria omnia, ventoſitatem non excitant, & infrigidant potius, quàm calfaciãt. Sed aduerte ne obiter hunc ſermonẽ prætercurras. quippe de medicamentis, non

Colis palpitatio.

de

de cibis loquutus ſum, quoniam ſunt quędam alimenta, quæ ob id quòd plurimum ſeminis pariunt, impetum ad libidinem excitare poſſunt, hæc ergo ſermonem illum, quem nuper dicebamus, probabiliorem reddere poſſunt, quòd à concubitu abſtinentes, interdum priapiſmo vexari ſolent: ſiquidem accidit his qui plurimo ſemine abundant, & præter conſuetudinem à coitu abſtinent, præſertim quum non ſtudent, vt multa exercitatione, ſanguinis abundantia diſsipetur, maximè verò iis qui à libidinis cogitatione nondum liberi euaſerunt, veluti ſunt quidam ſuapte natura caſti, qui cum longo iam tempore huiuſmodi continentia ſeſe exercuerunt; libidinis imaginem concipiunt, ob ſpectacula, quæ illas mouere, & ad memoriam reducere poſſunt. Nam longè diuerſa eſt huiuſmodi hominum diſpoſitio, vt in pudendis generetur, ab eorum diſpoſitione, qui nullo pacto libidinis cogitationi ſunt obnoxij. Atque fuit mihi amicus quidam, cui præter eam quam anteà habuerat conſuetudinem, omnino à concubitu abſtinenti, adeo rigidus tumidúſque factus eſt penis, vt mihi accidens ipſum declarare cogeretur. Miror, inquit, quòd huic (athletam indicans) ob conti-

Libidinis cogitatio priapiſmum excitat.

Rigidus penis cuidam ob Veneris deſuetudinem.

nentiam rugoſus, collapſusq́ue penis euaſerit: mihi verò ex quo continentiam ſeruare ſtudui, euenerit contrarium. Tum equidem illi conſului, vt collectum iam genitale ſemen excerneret, poſteà verò & à narrationibus, & ſpectaculis, & meditationibus libidinem ſuſcitare potentibus, ſummopere caueret. At cantores & athletæ, qui iam inde ab initio, nullam vitæ partem Venereis illecebris contaminauerunt, nullam admittentes huiuſmodi vel cogitationem, vel imaginationem, iis pudenda & exilia, & rugoſa, veluti ſenibus, fieri conſueuerunt. Nam præter ea, quæ accidere ſolent iis, qui protinus à prima iuuentute immodicę libidini ſeſe permiſerunt, id etiam euenit, vt horum locorum vaſa, amplius patentia, maiorem ad ſe ſanguinis copiam alliciant: & coëundi cupiditas magis increſcat, ea videlicet ratione, quam in cæteris quoque facultatibus videre eſt, & quæ à Platone etiam notata eſt, cùm inquit: Ignauia quidem exoluit: proprij autem officij exercitatio, robur augere ſolet. Sic mammæ quoque in iis quæ nondum imprægnatæ fuerunt, contractę permanent, in aliis verò à partu infantulos lactantibus, vaſtiſsimæ redduntur, atque ita magnæ permanent lac emit

Cantoribus & athletis rugoſa pudenda.

Ignauia.

Mămæ turgidæ.

emittentes, donec puer fuerit ablactatus: tunc enim haud ita multò pòst à lactis generatione quiescunt. Igitur omnia hæc, si bene considerentur, ac prætereà causæ ob quas in singulis affectis partibus, affectus ipse consistit, definiantur, non inutilem ad curationis rationem ansam prębere poterunt. Atqui non est nunc tempus ea tractare, quare adepto huius operis fine, orationi quoque nostræ hîc finem imponimus.

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA, FINIS.

*